

ANGELVS POLITIANVS
Andreas Magnanima
suo S.

(2)
71 & cento -



Flagitari scribis istie
ab his, qui libros excu-
dūt formis, Herodia-
num meum. Meum
enī lūre appello, que
quaſi latinitate dona-
uerim. Tū rogas Codicem tibi ipsum
tuum remittam aliquando, noſtra (qd
ill̄os cupere aīs) manū emendarū. Re-
mitto, ſed (ut uerum facias) leniter po-
tius, quām ſeuere caſtigatum, ſic autē,
ut noſtra errata plura in eo, quām libra
tū deprehendas. Crediderim tamen ſi
lo ipſi certe mēo, hoc eſt, interpretis,
plus aliquanto ueniat deberi. quām au-
toris. Quoniam meliuscule responderet
ſe ē, quāx ſcribas, ubi ſit liber quaſi cur-
ſus, quām quā uerias, ubi nihil extra
præſcriptum. Accedit & illud, quod
hoc mihi munus interpretādi quaſi le-
uioris operæ fuit, ut ipote qui diebus

A 3 pau-

Doctoñor de la nra Sra. Ayuntamiento
Pdo. Alfonso Suero

Ayuntamiento de Madrid



~~ANG~~ POLITIANVS

pauculis dictauerim sic deambulans.
Itaq; tantum abest, ut mihi inde laudē
peram, ut etiam abunde pulchrum fo-
re putem, si uitauero grauiorem cul-
pam. Quare cum amicis reliquis, tum
tibi in primis, omnem huius operis de-
fensionem, non remitto solum, sed etiā
prope interdico, uosq; integros ad alia
reseruo, quæ post edentur. Sed quanq;
plurimi sunt apud uos, qui mihi etiam
plus nimio fauent, unus tamen es tu
Andrea Magnanime, cognomēto isto
tuō gentilitio dignissime. Quem equi-
dem faciam plurimi, cum quod ex bo-
nis ortus, & opibus flores & honori-
bus, tum uel maxime, quod ingenio
es elegātissimo, morib; suauissimis,
gratia quadam (quicquid agis, quic-
quid loqueris, imo etiam si nihil agis,
nihil ergo loqueris) singulari, ac uultu de-
nique ipso, quod dicitur, homines de-
uincis. Itaq; nihil quenquam metuo,
ubi tu mihi studeas. Nunquam enim
male de Politiā sentiet, qui placere
eum Magnanimo intelliget. Vnū tan-
tum

A N D. MAGNANIMO.

tum est, quod à te nunc contendō, cū
res pro reliqua in nostris rebus diligē
tia, ut quām minimum quasi degene
rent ab origine, quæ mox uolumina
formabuntur, ut quia ne illæ ipsæ qui
dem adnotatiunculæ omittātur, quas
marginib[us] adscripsimus. Inter eas ue
ro, etiā locos putotrei, quatuor uero ad
summum reperies, ubi fuit excusatio
ne utendum, corrupti apud Græcos
exemplaris. Ad hæc uero facile procu
randa, obeundaq[ue] magis idoneum ha
bere, magiscq[ue] ex usu tuo neminem pos
sis, quām Alexātrum Sartium ciuem
tuum, literatum rhominem, nostriq[ue] stu
diosum, tum (quod ego in hac re pri
mum puto) neutiquām in amici nego
cio dormitante. Vale, in rūsculo Fe
sulano, Pridie Nonas Maias,

Anno salutis,

M. CCCC. XCII.

INDEX

INDEX BORVM QVAE IN
HOC OPERE TRA
CTANTVR.

A

- A**Emilianus dux Asiae. Pag. 141
Afri qui nominantur. 72
Albinus praefectus bellii. 16
Albinus capite obturcatur 160
Albinus imperator lōgo Iudibrio pera
cto interficitur. 357
Alexandri fit magna cædes Antoni
ni uersutis. 211
Alexander, qui Alexianus nuncupar
batur, nepos Mæstæ, imperator desi
gnatur. 253
Alexandri mores narrantur. 260
Alexandri oratio ad milites suos. 266
Alexandri copiæ à Persarum rege su
perantur. 275
Alexander cum copiis Germaniā in
trat. 279
Alexander cum matre ac amicis inter
ficitur. 287
Alexandrinorum natura. 210
Alpes montes. 126 & 352
Anni

I N D E X.

- Anni quot ab Augusto, ad Marci usq^e
tempora. 34
- Antigonus. 59
- Antiquitatis studiosus fuit Marcus im
perator. 37
- Antoninus in uxorem habuit Plautia
ni filiam. 170
- Antoninus uxori exitium intende
bat. 180
- Antoninus cum matre, ac fratre Ro
mam ingreditur. 183
- Antoninus asper ac ferox. 194
- Antoninus ac Geta frater, post morte
parentis imperium diuidere cona
bantur. 195
- Antoninus fratrem suū supra matris
pectus obtruncat. 197
- Antonini uerba, fratre imperfecto, ad
populum. 199
- Antonini seueritas in sororem Com
modianum, uxorem, ac in senatorij
ordinis homines, item in Vestales,
&c. 203
- Antoninus omne munus militare pro
pte obibat. 205

A 4 Anton

I N D E X.

- A**ntonini habitus Macedonicus. 206
Antoninus quos duces laudabat, &
quomodo ab Alexandrinis excipie
batur. 208
Antoninus ad Artabanum Parthorū
regem literas dat pro ducenda filia
sua. 212
Antoninus Parthos euicit, Artabano
rege eorum elapso. 216
Antoninus à Martiale centurione in-
terficitur. 221
Antoninus Heleogabalus Mæsa fili-
us, imperator, Vestalem tandem du-
xerat in uxorem. 249
Antoninus Heleogabalus cum matre
Soennide interficitur. 257
Aquileia urbs Italiz, à Maximino op-
pugnatur, sed frustra. 333
Artabanus rex in Ctesiphonte. 168
Attra urbs Atrenorum. 166
Artaxares rex Persarum indicit Ale-
xandro bellum. 263
Audentius praefectus Antonini exer-
citus. 217
Audentius praefectus in imperatorem
eligitur.

a INDEX.

- eligitur. 223
Augarus Osrhoenorum rex, 265

B

- Barbari pecuniax audi. 10
 Bassianus sacerdos Solis. 237
 Bellum, ac seditiones populi, & militu
Romæ. 324
 Byzantium urbs. 140
 Byzantium expugnatur. 156
 Britanniæ populi. 183

C

- Gappadocia urbs. 145
 Capellianus procurator Mauritaniax,
aduersus Gordianum parat exerci
tum. 317
 Carris Mesopotamiax urbs. 221
 Carthaginistaus. 306
 Cleander Phryx Cōmodi custos. 66
 Cleander occiditur. 69
 Commodo imperatoris oratio ad mil
tes. 41

A § Com

I N D E X.

- C**ommodi propago , ac formæ dignitas. 51
Commodus quos addictos habebat. 71
Commodi petulantia , lasciuia, & uer-
cordia, 76
Commodus faculator optimus. 77
Commodi mors. 86
Commodi imperatoris mos. 88
Crispina uxor Commodo, 54
Crispinus dux Aquileiæ, gratus omni-
bus. 336

D

- D**ionysius Siciliæ tyrannus. 38

E

- E**lectus Commodo cubiculicu-
stos. 91
Ema urbs Italie. 330

F

- F**adilla soror Commodo, 69
Gallicæ

INDE XI

G

- Gallicanus milites interfecit multos.
 Ganymedes. 63 (324)
 Germanos Antoninus in custodes
 corporis adiunxit. 204
 Germani pecunia et audi. 281
 Germani peritissimi natandi. 295
 Germani sequebantur Maximinū. 315
 Getae familiares, amici, histriones, &c.
 occidebantur. 202 (& 194)
 Geta iunior filius Seueri, placidus 184
 Glabronem Pertinax elegerat in im-
 peratorem. 95
 Gordianus, Africanus cognominaba-
 tur. 305
 Gordianus ab adolescentum multitu-
 dine cogitur assumere imperii cul-
 men. 305
 Gordianus Carthaginem cum pom-
 pa ingreditur. 306
 Gordianus laqueo se suspendit. 318
 Gordianus filius in bello, qd^t Capel-
 lianus gesserat, cecidit. 318
 Gordianus iunior imperator eligi-
 tur. 357
 Hileos

INDEX.

H

- Heleogabalus imperator, simula-
chra deorum ex fanis, delubris, extulit
ad proprias sedes. 249

I

- | | |
|---|-----|
| Iani imago, festumq. | 80 |
| Imago matris deum unde: | 61 |
| Issicus sinus. | 148 |
| Julianus imperator ære suo imperium
adeptus est. | 108 |
| Juliani mors. | 129 |
| Julianus praefectus Macrini, capite tru-
catur. | 240 |
| Julia mater Antonini, mortem sibi co-
sciuit. | 223 |

L

- | | |
|-----------------------------|-------|
| Laodicea. | 145 |
| Latium cur dictum. | 80 |
| Lætus Seaeri dux occiditur. | 159 |
| Lucilla soror Commodi. | 53 |
| Lucius Verus imperator. | Ibidē |
| | Ludi |

M

- Marcii imperatoris oratio, & eius
raors. 40
- Macrinus imperator eligitur. 223
- Macrinis mores narrantur. 234
- Martia concubina Commodi. 91
- Martialis imperfecto Antonino missi-
bus confoditur. 222
- Mammea Alexandri mater, magnæ
apud eum auctoritatis. 259
- Maternianus quidam Antonini secre-
torum conscius. 218
- Mauri. 146
- Maximus, atq; Albinus imperatores
creantur. 321
- Maximinus Thracus p̄fectus Ale-
xandri. 282
- Maximūm quā causā ad sanguinā exa-
sperabant. 292
- Maximinus Germanis bellum intulit.
- Maximi procuratores, delato-
res, itē accusatores eius oēs occisi. 311
- Maximi-

I N D E X.

- Maximiñi & filij suimors. 347
 Måximus imperator interficitur 357
 Mæcenas miles prætorius multos in-
 terficit. 324
 Mesa Phœnissa mulier, soror Iuliæ, no-
 ñtu urbë egredit cù liberis & nepo-
 tibus, in castra militū, ubi filius pur-
 pura induitur. 239
 Mesa auia Alexandri, extremū clausit
 diem. 259

N

- Narcissus adulescens Commodum
 strangulauit. 86
 Niger consularis vir, imperium uindi-
 care nitebatur. 110
 Niger à populo imperator ac Augu-
 stus consalutatur. 114
 Niger à Seuero uincitur. 143
 Nigrimors. 149
 Numida iaculatores optimi. 318

O

- Orgia Phryges ubi colebant. 64
 Pacis

INDEX.

P

- Pacis templum igne consumptū. 23
 Palladium. 74
 Pannones Aquileiam urbem frustra
 oppugnant. 333
 Pannoniorum natura. 119
 Pertinax imperator & eius laus. 88
 Pertinacis oratio ad suos, & mors
 eius. 104
 Pestinuntia dea. 65
 Pestilentia ingens Italiam occupa-
 bat. 65
 Pestilentia remedium. 66
 Philocommodus pūsio. 83
 Plautianus Seueri municeps. 170
 Prodigia mortem Commodi præce-
 dentia. 72
 Prodigionis esca, nummi. 240
 Ptolemaeus rex. 39

Q

- Quadratus adulescens. 54
 Quarcinus dux eligit, qui paulopost
 dormiens occiditur. 291
 Quinz

INDEX.

Quintianus.

54

R

- Rhenus ac Danubius maximi flu-
minum septentrionis. 280
Roma ubi. 43
Romanorum mos consecrandi impe-
ratores. 190

S

- Sabinus praefectus urbis, fuste ma-
tatus est. 310
Saturninus quidam tribunus. 171
Seuerus Afer genere, Pannonij s præ-
fuit. 116
Seueri somnium. 117
Seuerus quomodo bellum instrue-
bat. 131
Seuerus duritiam militarem, uictus, &
laborum, primus subuerit. 161
Seueri auaritia notatur. 161
Seuerus moritur tandem. 186
Sytorum genus natura. 111

Tauru

I N D E X

T

Taurus mons.	140
Tyrus.	146

Vita

v

Vitalianum ferum ,charissimū Ma-	
ximino , Gordianus interimendū cu-	
tuit. 307	
Vitanæ simulachrum Antoninus in	
aulam adduci iussit. 249	

P I N I S.

B

Micrones

Don theronimo barea am
de quijanés cargo



A N G E L I P O L I T I A N I
ad Innocentium VIII. Pontificem
Maximum, Praefatio, in Herodian
historiam, è Græco in La-
tinum conuer-
sam.



V M R O M A
ab hinc triennio
ferme in comita-
tu esse Floren-
tiæ legatiis, qui
tibi sancte pace
Innocenti Pont. Max. ad supremam
istius dignitatis fastigium nuper eu-
ato gratulatum aduenerat, memini

abs te mihi magna celebritate curā
 delegari, uertendi in latinam oratio-
 nem Romanorum principum res ge-
 stas, siquæ adhuc inter Græcorū mo-
 numenta, nostris intactæ homini-
 bus reperirentur. Quare cum cœle-
 sis animi tui iudicio, non plus mihi
 honoris additum quām oneris iniun-
 ctum animaduocerem, ut primum
 Florentiam sum reuersus, altissima
 sollicitudine circūspicere coepi, quē
 potissimum ex omni Græcorum co-
 pia interpretandum susciperem. Oc-
 currat autem in primis Herodianus
 hic excellens reruin scriptor, & qui
 diu in palatina uersatus aula, affe-
 ctuque iam ætatis, historiam de suis
 temporibus componere aggressus,
 neque eloquentiæ caruerit laudibus,

B 2 &

ANG. POLITIANI

& fidem tamen in primis , libertatemq; retinuerit. Hoc ubi opus à nobis, neq; multo sane negocio, neque inuita (ut arbitror) Minerua elucubratum est, ea mox tempora inciderunt, quibus & nostra impedirentur studia, & que plurimum ualet, in scribendo omnis propemodum alacritas excuteretur . Postea uero quam pro tua prouidentia, & pacem Italiae cupienti reddidisti , & cum patrono meo Laurentio Medice, amplissima quidem fortunæ, sed amplioris ingenij prudentiaeq; uiro, priuatim affinitatem contraxisti, cessit uidelicet illa quasi nimbus , suaq; mundo reddit serenitas est, sic ut nos iam ipsos collagamus, atq; ut grauati pluvia flores peneq; decidui ad nouę lucis radio erigi

P R A E F A T I O :

erigamur. Ergo & vetera edere in publicum, & noua procudere iam libet, unde aliqua modo uel tuo sacra-
tissimo nomini celebritas, uel nostris
reporibus claritas, uel studiosis etiā
hominiib[us] utilitas partatur. Ceterū
Herodianum hunc nostrum, donec
maiora tibi, ac fortasse meliora par-
turimus, ueluti præludium aliquod
ueri, iusti & laboris, leta rogamus frō-
te excipias summe Pontifex, magnā
in eo negotiorum, personarumq[ue] ua-
rietatem, multam rerum nouitatem
deprehensurus, crebraq[ue] in utranc[que]
partem fortunę cœu uacillantis exem-
pla, consiliaq[ue] admirabilia, & consi-
liorum inopinatos euentus, graues
que pro tempore sententias, & ple-
nam ubiq[ue] dignitatis, plenam suauita-

B

2

tis orationem, copiosam uidelicet
 quandam ad instruendos mores su-
 pelleat, & cœus speculum huma-
 nitatis, in quod inspicere omnis vi-
 ta, unde ea capere, atq; haurire docu-
 menta queat, per que uel publicis,
 uel priuatis rationibus consulatur.
 Quæ sanè nostre fuerunt partes, ten-
 tauimus profecto, utinamq; etiam
 effecerimus, uti omnia ex fide respa-
 derent, ne inepta peregrinitas, ne
 græcule ulquā figuræ nili si que ian-
 pro receptis habentur, latinam qua-
 si polluerent castitatem, ut eadē pro-
 pemedum esset lingue utriusq; peri-
 spicuitas, eademq; munditie, iden-
 utrobiq; sensus atq; indoles, nulla uo-
 cum morositas, nulla anxietas. T
 quando nebis aliquod cœu signat

P R A E F A T I O.

ex arce ista tui pontificatus ad bene
sperandum sustulisti, perge obsecro
sanctissime pater. Perge inquam, fo-
nere, atq; illustrare bonas artes, quæ
sese pedibus istis sanctissimis aduol-
lunt supplices, numenq; tuum ad-
uersus rudem inscitiā, tetramq; bar-
bariani implorant, ut à quo pax Ita-
liae, atq; adeo terrarum orbi restitu-
ta est, etiam ab eodem pacis alumnæ
literæ, ab iniuria scilicet atq;
indignitate vindicantur.

Dios de l'antey de

*enoldang isq. al hachal en leu
y en mampi oyo l'ayoy en Olym
s'oye t'at'el'oy d'sia'k'oy q'oy
l'ayoy en mampi'oy q'oy
en mampi q'oyt'oy q'oy q'oy
y q'oyt'oy q'oy q'oy
s'ayoy q'oy q'oy q'oy q'oy*

H
N
rio i
suis t



máim
conar
re, m
gatic
nend
ratis
se ref
nis ai
fruct
tis ini

HERODIA

N I HISTORIÆ DE IMPS
rio imperatorum post Marcum, uel de
suis temporibus liber primus, è Græco
tralatus, Angelo Politiano
interpretæ.

P R O O E M I V M .



Vt res antiquas posteris
prodiderant, veteremque
historiæ memoriam reno
uare literis studuerunt, et
magna ex parte, dum fa
mam eruditionis affectat, nomina suæ
conantur ab iniuria obliuionis affere
re, minus sanè multam in ueri peruesti
gatione, quam in exornanda, compo
nendaque oratione industriâ posuerūt,
rati scilicet, neque si quid in rebus à suo
seculo remotissimis falsi proderet, pos
se refelli, & se tamen suavitate narratio
nis amplissimum laboris, ingeniique sui
fructum percepturos. Alij uero priua
tis inimicitijs, tyrannorumque odio pro
C uicci,

uecti, aut in laudes principum, ciuitatum, priuatorumq; hominum immo-
cis assentationibus effusi, tenues per-
res atq; humiles, scribendi tamen arti-
cio, longe supra ueri fidem sustuleri.
Ego uero contrà, non quidem accep-
ab alijs, aut incognitâ, aut testib., ege-
tem historiam, sed eorum qui legen-
sensibns adhuc, memorieq; inhærent
summa uel fide, uel diligentia collec-
conscribendam suscepi, sperans ha-
iniucundam fore posteritati, earum
rum notitiam, quæ multæ sanè atq;
gnit, haud ita lôgo tempore acciden-
Nam si quis ab Augusto usq; princi-
omnem etatem complectatur an-
cum scilicet Romanorum potentia
unius est arbitrium detoluta, ne an-
quidem illis circiter ducentis (tot eni-
ferme ad Marci tempora numerat
aut imperiorum tam diuersas succelli-
nes reperiet, aut bellorum uel ciui-
uel externorum tam uarios casus,
eventus, in tot excitas gêtes, tot uir-
nostras barbarasq; expugnatas, pra-

7

rea terre motus & pestilētias , uitas q̄q̄
 principum , & tyrannorū adeo nouas ,
 atq̄ inauditas , ut nulla ijs apud ueteres
 consimilia exempla , aut certe q̄ pau-
 cissima inueniantur , quorum alij diu-
 turnam , alij breui potentiam obtinue-
 runt , nōnulli autem uix dum initio ho-
 nore , imperatoresq; duntaxat appella-
 ti eodem illo quo suscepérant die , im-
 perium amiserunt . Nam cum sexagin-
 ta annis plures quam pro tempore prin-
 cipes urbs Roma pertulerit , factum ex
 eo est , uti multæ sanè uarietates res , atque
 admiratione dignæ exorirentur , qui p-
 pe xitate prouecti principes , utpote re-
 rum , negotiorumq; periti , diligentius
 sese , suosq; regebant , contra adulescen-
 tes molliter , atq; indulgenter habiti , no-
 ua scilicet permulta designabant . Quo
 factum est , ut dispari xitate atq; licētia ,
 disparia quoq; studia , moresq; seque-
 rentur . Hæc quemadmodū gesta sint ,
 temporum ipsorum atq; prin-
 cipum seruato ordine
 perscribemus .

C 2

Impe-





M P E R A T O
 Marcus filias qui mu
 dem suscepit comad n
 plures, mares autem
 duos, horum alii pri
 natu minor aduleuis
 scensulus admodum su
 fato est functus, Verissimo nomē futretu
 Alterum vero Commodum nominis stu
 magna diligentia, curaq; pater educatia,
 uit, accitis undiq; viris doctrina clarisnen
 maximaq; proposita mercede, uti magnu
 res pro se quisq; filij, ingeniumq; excetas
 lerent. Filias porro cum adoleuissen hom
 optimis ex ordine senatorio viris collun
 cauit, Neq; enim qui longam generiter
 seriem præferrent, aut qui opes nimis por
 ostentarent, sed qui morum probitate pter
 atq; modestia, uitatq; innocentia prederit
 lerent, eos sibi generos deligendos psum
 tab

rabat. Hæc enim sola animi bona certa
esse, stabilitatem ducebat. Virtutem nullam
non magnopere exercuit. Adeo litera
rum antiquitatis studiosus, ut nemini
sit in eo genere Græcorum, Romano-
rumque secundus. Argumenta sunt per
multa, quæ ab illo dicta atque cōscripta,
ad nos usque peruenierunt. Adeo uero
ciuilem sese, & cōmodum omnib.
principem p̄stabat, ut adeuntiū cui
quis dextram placide daret, neminemque
dā suis custodibus prohiberi aditu pate-
retur, solusque Imperatorum sapientia
studium nō uerbis aut decretorū scien-
tia, sed grauitate morum, uitæque conti-
nentia usurpauit. Quo factū est, ut ma-
gnum sapientium uirorum prouentū
exetas illa extulerit. Solent enim plerique
homines uitā principis exmulari. Quæ
hic uincit igitur ab illo modeste atque fortis
inter domi, forisque sunt gesta, qualemque
aporrò se aduersas barbaras nationes se
peptentrionis subiectas, solique orienti ges-
cerit, ea sunt multotum doctissimo-
rumque hominum comprehensa moni-
C 3 mentis.

mentis. Quæ uero post Marcii obitum
per uniuersam ætatem uisa mihi audi-
tae sunt, nonnulla item in experiunde
cognita, utpote in publicis officijs
principalibusq; uersato, ea nunc con-
scribenda suscepi.

SEnem iam Marcum, neq; ætate si-
lū, sed laboribus multis curisq; co-
fectum, dum in Pannonijs ageret, gr-
uiissimus repente perculit morb. Qua-
re cum deploratam plane salutem su-
sentiret, anxius uidelicet agebat, ne fi-
lius, qui tum primā inierat adolescētiā
sive ætatis feruore nimio, sive licen-
quādā summa q; in orbitate esset habi-
turus, bonis artibus, studijsq; relictis
ebrietati sese, & crapulæ dederet, quip
pe facile ingenia adulēscētiū à recta hi-
nestaq; disciplina ad luxū uoluptates
delabunt. Terrebat insuper homines
minime imperitū, multorū memori
principū, qui iuuenes imperium sus-
pīsent, ut Dionysij Siciliæ tyranni, cu-
ius cata fuit intemperātia uictus, ut no-
varum uoluptatū intentores summi
afficien-

afficeret præmij, ut item eorum, qui Ale
xandro successerunt. Ita enim cōtume
liose, violenterq; dominati sunt, ut illi
us imperio graue dedecus cōciliarint.
Siquidem Ptolemæus eo turpitudinē
prolapsus est, ut contra Macedonum,
atq; adeò Græcorū omnīū leges, etiam
fororijs amoribus implicaret. Antigo
nius ait, quo liberū patrem representa
ret, pro causia & diademe macedoni
co, hederā capitī circūdare, thyrsumq;
pro sceptro gestare est solitus. Solicita
būt animū lenis recētia quoq; exēpla,
ut Neronis ipsius, qui ne à materna q
dem cæde abstinerit, & se ridiculū po
pulo spectaculū præbuerit. Ut itē Do
mitiani, q; nihil sibi ad extrema crudeli
tatem reliqui fecerit. Has igit̄ tyrannis
dum imagines cū animo uolutans, in
ter spem, metumq; agitabat. Terrebat
præterea illū Germaniæ uicina gens,
quam nondū plane subiecerat, sed par
tim in societatem adscierat, alios ar
mis bello que edomuerat. Nonnulli
etiam ex ijs effugerant, metuq; princi
C 4 pis

pis in præsens continebantur. Quare dubitabat ne despœcta mox filij ætate arma resumeret, quippe barbaris mos quamlibet leuisbus momentis aut causis impelli. His igitur curarum fluctib. æstuans, amicos propinquosq; omnes quo tquot aderat, cōuocari iubet. Qui postquam conuenerunt, constituto in eorum cōspectu adolescenti filio, paulumq; se è grabato subleuans, huiusmodi habuit orationem:

Dolere uos atq; angri, cum ita me affectum contemplamini, mini me mirandum. Quippe humanum est humanis casibus ingemiscere, multoq; magis misericordiam prouocant, qua oculis usurpamus. Ceterum peculia ris uobisq; nostra ratio est. Nam de mei erga uos animi conscientia mutua spero à uobis quasi meo iure benivolentiam. Nūc autem illud incidit, cum & mihi sit iudicium faciendum, frustre ne uobis honorem tamdiu habuerim, studiumq; omne meum lubens detulerim, & uobis referenda gratia ostenderem dum

dum, non esse eorum, quae acceperitis
immemores. Videntis filium quem ipsi
met educatis, primas nunc adulescen-
tia metas ingredientem, quasiq; in salo-
arij in fluctu uitæ gubernatoribus in-
digentem, ne rerum imperitia de recto
quasi cursu ablatus, malis artib; im-
pingat. Este igitur uos illi pro me uno
multi parentes excolendo scilicet atq;
optima suggerendo. Necq; enim aut pe-
cunia: uis tyrannidis luxuriam exple-
re, aut stipantia satellitum agmina tue-
ri principem possunt, nisi illi ipsi quos
regas, animum imperanti beniuolen-
tiā accōmodent. Quippe ī demū
diu iutoq; imperant, qui nō metum ex
crudelitate, sed amorem ex bonitate ci-
uium suorum animis instillant. Necq;
ēm quos seruire necessitas coēgit, sed
quos obtemperare sua quenq; uolu-
tas adegit, q; sunt in agendo patiendoq;
ā suspitione omni, assentationeq; ua-
cui, nunquamq; imperia detrectant, ni-
si violenter contumeliosaq; sint habiti.
Est autem difficile in maxima licentia

C s mode

moderari sibi, quasib[us] frenos imponere cupiditatibus, quod si bene ueniendi autores illi fueritis, & quæ nūc coram audit, idem idem admonueritis, una opeia & ipsum uobis reliquisc[us] omnib[us] optimū principem reddetis, & memoriam nostram demerebimini, quam scilicet immortalem hac una ratione poteritis efficere. Talia dicentem Marcia ita repete animus defecit, ut statim conticefceret, ac languore nimio supinus in lectulum relaberetur. Tanta autem quicunq[ue] aderant miseratio inuasit, ut ex ihs nonnulli præ dolore parum animi cœpotes clamorem extollerent. Sed ille cum diem unū duntaxat noctemq[ue] superuixisset, fato est functus, sic ut magnum sui desiderium eius ætatis mortalibus, posteris vero etiam uirtutis memoriam reliquerit sempiternā. Posto uero illius mortem fama uulgauit, in credibilis repente exercitū ipsius, plenib[us] adeò omnem luctus occupauit. Nec ulli sanè Romanæ ditionis mortales fuerint, qui nō eluscemodi nūci

mulo

multis lachrymis exceperint, oēscq; eū uelut una uoce, alij parentē probū, alij bonū Imperatorē, quidā fortissimū dum, nō nulli etiā cotinētē moderatūq; principē uocitabant. Necq; sanè quisq; falsus habebat. Paucis autē post dieb. celebrato iam funere uisum amicis est adulescentem adducere ad exercitū, ut & milites alloqueret, & (qui nouis imperatorib. mos est) pecunījs elargiendis, uelut autoramento quodā illorum sibi animos adiungeret. Edictum itaq; omnib. ut in campū de more adessent frequētes. Cū itaq; processisset Cōmodus, ac rem diuinā fecisset, erectūq; ad hoc ipsum medijs castris tribunal cōscēdisset, paternis amicis, q; multi sanè doctissimiq; uiri aderant, circumstantibus, ad hūc ferme modum uerba fecit:

Communem mihi esse uobiscum huius mœrorē calamitatis, neq; uos aliter quam meipsum affectos esse planissime persuasum habeo. Nec em ego superstite parente ipso meo, superiorem me uobis unquā gessi. Nā ille

fia

ita nos uniuersos ut unum aliquem diligebat, lubentiusq; me cōmilitonem quām filium uocitabat. Quippe hanc naturā appellationem, illam uero uitatis communicationem existimabat. Quin infante sape me in ulnis gestas, uobis dabat in manus, quaslibet uestris mandabat fidei. Quapropter minime dubito, quin mihi omnem stiris beniuolentiam exhibituri. Cum pro alumno me maiores natū habere debeāt, ipsos autem & quales condiscipulos armorū sive appellauerim, siquidē ita nos uniuersos ut unum aliquem pater diligebat, omniq; uirtutum studio, ac bonis artibus curabat instituendos. Nūc me post illū uobis fortuna principem dedit, non quidem asciticum, quales ante me fuerunt, necc velut acquisito imperio gloriante. Quippe unus ego uobis natus educatusq; in aula, priuatissimū intactum cunabulis, statim me ut ex alio prodierā, imperatoria purpura suscepit, simulq; sol hominē me uidit & principem. Hec cum animis uestris reputantes,

putantes, sive principem colite, non datum vobis, sed natum. Nam pater qui dem iam in cœlum evectus, consors est confessorum deorum. Nobis autem orbis terrarum gubernacula, rerumque humanaarum cura incumbit. Quæ quos successus, quantasque habituræ sint uires, in uestra manu est. Si enim bellum reliquias fortiter deleueritis, & imperij Romani terminos ad oceanum usque promoueritis, cum ipsis uobis ingente gloriam comparabitis, tum communis parentis memorie debitam gratiam referetis. Atque eum quidem exaudire, quæ dicimus, & intueri præsentem, quod gerimus credite. Nos autem felicissimos, qui beneficiorum nostrorum testem eiusmodi simus habituri. Quæ igitur ad hanc diem fortissime prosperitateque gestis, illius scilicet sapientiae gubernationis tribuuntur. Quæ autem mecum hoc est cum iuuene imperatore uestro præclare feceritis, ea sunt uobis ipsis quasi peculiarem cum fidei, tum virtutis claritudinem paritura. Quocirca

ca

ea & statim mea rebus strenue gerendi
 autoritatē cōciliabit̄, & barbara gen-
 initio noui principatus repressa, neq;
 in pr̄sens contemptu statis nostris
 efferet audacius, & suis nūc edocta pe-
 riculis, metu deinceps perpetuo cohe-
 cebitur. His dictis pecunia magna co-
 pia elargitus, ut sibi animos militum
 dos ficeret, in aulam reversus est. Iḡ
 breue sanè ad tempus omnia paterni
 amicis autoribus gerebantur. Qui ass-
 duitate, prudentiæ consilio nullo loco
 deerant. Tantū ei tribuentes laxame-
 ti, quantum satis esse ad tuendam cor-
 poris ualentudinem arbitrabantur. Pa-
 latim deinceps irrepere nōnulli ex al-
 lico famulitio, qui sibi ad corrumpen-
 dam iuuenis Imperatoris indolem ni-
 hil facerent reliqui. Quippe mensam
 adulatores, qui uentre atq; obscoeni
 uoluptatibus felicitatem metiebantur
 identidem illum urb̄is deliciarum ad-
 monebant, & nunc quā illuc uisu au-
 ditu que iucunda forent commemo-
 rabant, nunc rerum omnium copiam

atq;

atque affluentiam ferebant laudibus.
Ad hæc ripas Histri ut omni tempore incommodas uituperabant, que neque pomiferos haberent fratices, & perpetuis rigoribus nubibus que obtinerentur. Nunquam ne Imperator aiebant, concretam gelu, atque effusam potare aquam desines? Alij calidis fontibus, riuorum que fluentium frigore, auris que & cœlo illo fruentur Italiz peculiari. Tali scilicet illebrarum mentione, facile adulescentis animum uoluptatum cupidinibus incenderunt. Itaque statim conuocatis amicis, teneri se patriæ desiderio non dissimulauit, causas tamen tam repentinæ mutationis fateti ueritus, folicitum se aiebat esse, ne quis opulens ex nobilitate domum occuparet principis. Dein collectis uiribus quasi ex munitissima arce summam sibi rerum uindicaret, posse ex populo satis magnam uim delictorū iuuenum conflari. Talia causante illo, reliquis metu defixis, terram que tacito

tacito uultu mœstoq; intuentibus, su-
gens Pompeianus, qui & xstate reliq;
anteibat, & Commodo sororem natu-
maximam in matrimonium habebat.
Teneri te inquit, ô fili & domine, pa-
trix desiderio minime mirandū. Quippe
pe eadem nos quoq; rerum domesticorum
cupido sollicitat, sed ei tamen resi-
stimus, quoniam priores partes ag-
magisq; incumbunt nobis, quæ hic ex-
pediēda supersunt. Nam illis quidem
uel in posterū diutius perfueris. Ro-
ma autē illuc est, ubi Imperator est. Ca-
terum bellū relinquere inchoatū, pro-
terquam quod indecorū uidetur, etiā
periculosest. Quippe audaciā ba-
baris inīcimus, nec enim remeādi co-
piditate deceſſis nos, sed aufugissi
metu percullos arbitrabuntur. Tibi au-
tem quam fuerit pulchrū deuīcis ho-
stibus, atq; imperij finibus ad oceanū
usq; propagatis, redire in urbem triun-
phantī, uincitosq; & captiuos præte-
agenti reges, satrapasq; barbaros, hi-
enim artibus prioribus seculis Roma-

ni homines magni atq; illustres euaserunt. Nihil est autem quod uereare, ne qua illic res tuæ periclitentur. Nam & optimus quisq; senator tecum hic est, & exercitus uniuersus tuum corā pro pugnat imperiū. Quin & ratiū quoq; principalis pecunie nobis ē est omne. Ad hāc patris tui memoria eternam ti bi apud potestates quaslibet fidem atque beniuolentiam roborauit. Cū ad hunc modum potiora suadens Pompeianus locutus esset, paulū modo in præsens conatus adulescētis repressit: qui reueritus senis dicta, cum nihil haberet, quod saltem honestum specie responderet, concilium dimisit, diligenter affirmans consideraturum. Dein uero ministris illius magis magisq; instantibus, nihil iam ad amicos retulit, sed datis Romam literis, ac præpositis, quos uisum esset tuendæ Histri ripæ, & barbarorum insultibus cohercēdīs, profectionem continue edicit. Illi igit demandata sibi munia obeuentes, haud ita longo tempore multos armis bat-

D baros

baros subegerunt, quosdam autem perti-
fis magnis præmijs in amicitia sibi ad loru-
m unixerunt. Quod quidem haud dis-
tincte factu fuit, quippe barbari suapte na-
tura pecunia et auidi, periculorum des-
cientes, aut incursum populationibus
uictum parant, aut proposita merced
uenalem pacem habent. Quod intell-
gens Commodus, ut pecunia quam
xime abundabat, securitatem redime-
ret, nihil uidelicet potentibus deneg-
bat. Vbi autem dedita profectionis
ma per exercitum est, ingens repen-
toris castris motus extitit, nullo non
dire Romam cupiente, relictoq; hosti-
solo urbanas affectate delicias. Post
uero q; fama, ac nuncij vulgatum ei
reuerti in urbem principem, incredili-
lis uniuersam plebem latitia peruaga-
spem sibi unoquoc; optimam de iu-
nisi imperatoris præsentia propone-
credentibusq; uniuersis paternis emi-
stigijs perrecturum. Sed ille festina-
iter faciens, & iuuenili quodam ardore
omneis in medio urbes curricul-
p

per trāsiens, regiōq; cultū, lētisq; popū
 lorum celebratib; exceptus, gratus
 nimirum omnibus atq; optatus adue-
 niebat. Sed tibi Romā appropinqua-
 uit, senātus statim ūniuersus, popu-
 lusq; Romanus magno pro se quisca
 anteuerendī studio effusī, laureatiq; ac
 flores omnisfaria, quos dabat anni tem-
 pus conferentes, q; quisq; ab urbe lon-
 gissime poterat, occurrebāt uisuri prī-
 cipem aetate atq; nobilitate conspicuū.
 Quippe amabant illum, & quidem ue-
 rissimis affectibus natū apud ipsos edu-
 catūq; tertioq; iā gradu īperiu, nobili-
 tamq; Romanā cōplecteniem. Nam
 paternū eigenus à primoribus senato-
 rī ordinis, mater autē Faustina, princi-
 pis uxor, Antonini Pij filia, Hadriani
 etiā per matrē neptis, seriem ipsam ge-
 neris ad Traianū pauū referebat. Hoc
 aditus genere Cōmodus est: cui quidē
 præter aetatis florē, etiā formā dignita-
 tis suffragabatur congruens corporis
 modus, pulchra, uirilisq; facies, tran-
 quilla faces oculis, atq; micantes, fla-

D 2 ea

ua & crisper casaries, ut in sole ambi
 fanti uelut igne quodā rutilaret, sic nistr
 euntē quidam scobe aurea putare
 conspegi, quidam etiā pro argume
 to diuinitatis acciperent, ac radios el
 illos circa uerticē genituos opinare
 tur. Ad hęc lanugo malis proserpeba
 easq; quasi floribus conuestiebat. T
 lem igitur imperatorem faustis om
 bus acclamationibusq; & coronaru
 lis su
 florū mīc sparsionibus exceperūt. Si
 temq;
 postquam urbē ingressus est, lou
 primum, deī ceterorum deorum te
 cum
 pla consalutauit, gratiasq; senatui un
 uero. & prætorianis militib; egit,
 uate sibi fidei, in aula Palatinam se
 cepit. Pauculis igitur annis nihil no
 us in
 honoris paternis amicis exhibebat,
 mībusq; eos negocij in cōsilio ha
 bat. Cura deī totius imperiū alij d
 mandata, Perennium Italicum hom
 nem, militaris discipline peritissimū
 prætorianis p̄fecit. Is adulescētis
 te abutens, delicijs illum ganeisq; co
 L. fat
 rūpi sinebat, curaq; omni, laboribus Luci
 salt

bus suscep̄tis, totum planè imperium admi-
nistrabat. Erat in homine inexhausta
dilectionis sitis, sic ut nihili quæ acqui-
sierat pendens, nouis semper lucris in-
satiabilis inhiaret. Hic & paternos Cō-
modi amicos calumnijs premere, & lo-
cupletissimū quenq; , nobilissimumq;
in suspicionem adducere institit, scili-
cet ut perterfacto adulescente, atq; il-
lis supplicio affectis, causam potesta-
temq; ipse haberet in eorū bona & for-
tunas inuadendi. Ceterum aliquādiu-
cum patris memoria, suim amicorū re-
uerentia cōtinuit adulescentem. Dein
uelut maligna quādā, atq; inuida for-
tuna, rectum adhuc moderatumq; illi-
us ingenium subuertit. Nam ita res ac-
cidit, Lucilla erat Commodo maxima
natū soror, ea prius L. Vero imperato-
rī nupserat, quem consortem sibi impe-
rij Marcus ascuerat, locataq; in matrī-
mónium sorore firmissimo affinitatis
vinculo adstrinxerat, sed postquam
L. fato functus est, manentibus adhuc
Lucille principatos insignibus, Pom-
peiano

peiano eam pater despōndit, nihilot
 men seciū pristinū illi honorē Cō-
 dus reliquit usurpandū. Nā & sellat
 peratoria sessitare in theatro, & igne
 de more p̄ferri patiebat. Postea in
 ro q̄ Comodus uxorem duxit Crisp-
 nam, ac necesse fuit principis uxori p̄-
 mo loco cedere, iniquo scilicet hoc a
 mo Lucilla ferens, atq; illius honore
 in suā contumeliā uertens, cum sciro
 uiro suo Pompeiano Commodū di-
 gi, minime ausa est quippiā ad ipsu
 super occupando imperio referre,
 animū Quadrati nobilissimi locup-
 tissimiq; adulescētis periclitata, cū q
 etia stupri cōsuetudinem habere ex-
 mabatur, grauiſſimeq; apud eum de-
 cepta iniuria conqueſta, paulatim ac
 lacentem eō per pulit, utin semet u-
 uersumq; senatum pernicioſiſſime
 fuleret. Quippe inter exteros senato-
 ordinis, qui ſecum in id facinus col-
 rarent, etiā aduolescentē quenda Qu-
 tianū nomine, p̄opti atq; audacis a
 miſi sibi adiūxit, perflasitq; uti pugio

in sinu celans, tēpus locūq; caperet, sa-
 ctoq; repente impetu Cōmodū occide-
 ret, reliqua se pecunijs largiēdis curatu-
 rū. Ille in aditu amphitheatri subsistens
 (Oppe obscuro loco facile se occultum
 sperabat fore) nudato cōfestim pugio-
 ne, ac magna uoce, clamās, hūc tibi se
 natus mittit. Dū loquit, nudūq; ostērat
 pugionē, cōprehēsus à militib. poenas
 amentis dedit, suoq; indicio autor à se
 cauēdīsfit, aperto magis q̄ impleto cō-
 filio. Hæc igitur prima, maximaq; odij
 causa adolescenti aduersus senatū exti-
 tit. Ita nāq; animū uerba illa fauiciarāt,
 ut omes hostiū loco haberet, semperq;
 eius memorię uox illa irruentis in se iu-
 uenis inhēreret. Necq; uero tātā hāc oc-
 casiōnē Perēnius omisit, sed ei persua-
 sit ut prēcipuū quenq; succideret, necq;
 eminere quēpiā pateret, quorū ipse in
 bona imperi faciens, facile omniū eius
 aetatis hominū locupletissimus eurasit.
 Quæstiōnes autem Perennio diligēter
 exerceente, soror ipsa Cōmodi, cōiura-
 tiōnē omnes, ceteriq; præterea quantu-

D 4 facūq;

lacunq; suspitione attacti, supplicio scæni
 festi sunt. Igitur Perennius sublatioria
 medio, quos imperator uerebat, quiribus
 illum paterno quodam affectu cōplidum
 ctebantur, atq; ipse illius tuendæ saliquic
 tis cura suscepta, nihilq; non autoripa, re
 tis adeptus, imperiū iam ipsum anim manu
 inuaserat, persuasorq; Comodo ut suenudu
 liberos adulescētes adhuc Illyricis p̄lo pre
 siceret exercitibus, ipse pecunia ut manu
 ingentem contrahebat, ut scilicet p̄ inqu
 torianos ab ipso amplissimis largitu neq;
 nibus abalienaret. Filijq; itē eius clat Imm̄
 culum copias colligebant, eo consiliū dius
 ut cum primum Perennius Comm̄ pend
 dum occidisset, ipsi principatum an sti. N
 perent. Proditæ autem sunt insidiae in pecu
 credibili quodam modo. Ludos Re Illyri
 mani loui Capitolino faciūt, tanta ho preu
 mīnum confluente multitudine, quā te qu
 tam par est confluere ad tantæ urbis ueid
 lebritatem. Spectare autem, ac præst̄rus a
 re in theatro una cum sacerdotibus, q; spera
 ordo singulis annis postulat, etiam h̄ Imper
 ator solitus. Cū itaq; nobilissimu de re
 sc̄nūd.

sc̄nīcis operam daret, sedens impera-
 toria sella Commodus, pleno spectato-
 ribus theatro, suisq; caic; locis ad sedē
 plēdū pro dignitate attributis, priusq;
 al quicquam diceretur, agereturq; in sc̄nā
 ritua, repente quidam p̄niosophi habitu
 in manu baculum gestans, per amq; semi-
 nudus ab humero suspensus, curricu-
 lo prodijt, mediaq; in sc̄na consistens,
 manuq; silentium imperans. Non hoc
 inquit, ludorū tempus ō Commodus,
 necq; spectaculis, celebritatē uacādū.
 Imminet ceruicibus tuis Perennij gla-
 dius, ac nisi caueris, non quidem im-
 mendēs, sed iam prælens periculū, peri-
 sti. Nam & ipse hic aduersus te copias
 pecuniamq; colligit, & nati exercitus
 Illyricos sollicitant quos nisi statim
 preuenias, occidisti. His dictis, siue sor-
 te quadā diuinitus huc impellente, si-
 ue id auso homine, ut gloriā sibi igna-
 rus atq; obscurus acquireret, seu quia
 speraret ingens aliquod præmium ab
 Imperatore consecuturum, sane illum
 derepente obstupefecerat. Ceteri autē
 D , & si

& si nō de nihilo ea dicta suspicabantur qui s
tamen fidem habere dissimulabāt. eorum
Perennius cōprehendi hominē iubatur.
ac pro furioso & uaniloquo igne co- neruntur
buri. Ita scilicet pœnas dedit intemp- re redi
riūx libertatis. Ceterū qui se Cōmo- spe R
studiosos uideri uolebant, perosi an- consi
quoq; Perenniū, utpote intolerabili stram
minē superbiz, contumelizq; , naçō dam
opportunū tempus, calumnij eū pī
mere aggrediuunt. Sed scilicet ita fave- ipsu
erat, ut & Cōmodus insidias euitan- scriba
& Perēnius unā cum liberis penda- ti habat
pœnas. Quippe haud multo post mi- mass
tes quidā clam Perennij filio nummi & q
quosdā attulerunt, illius imagine pe- pella
cussos, eosq; ignaro etiā Perēnio, qu- tus p
quam erat præfectus, Cōmodo ostendebat
derunt, totocq; insidiarū ordine patet.
Quo, maximi sunt muneribus affectu.
Quocirca inscio negocij totius Perē- men
nio, ac tum nihil minus expectāti, si
missi noctu à Cōmodo quidam cap- rat.
abscederunt, iussisq; statim ad illius filii
pergere, cū nihil ad celeritatem sibi
lig

liqui fecissent, etiam rumores famamq;
eorum quæ Romæ facta essent, preue-
nerunt. ñ amicas ei literas ab Imperato-
re reddiderunt, quæ magna proposita
spe Romam reuerti iubebant. Ergo &
consiliorum & omnis eius partus, po-
stremo paterni casus ignarus, cum qui-
dam nunc dictitarent, etiam paternis
ipsum uerbis acciri, qui ne ipse quidē
scribere supersedisset, nisi satis momen-
ti habituras imperatorias literas existi-
masset. Credidit uidelicet adulescens,
& quāvis iniquo animo ferret, inter-
pellari sua consilia, tamen paterna fre-
tus potentia, quam esse adhuc incolu-
mem putabat, ad redditum se compa-
rat. Tum deinde ut attigit Italiam, per
eos quibus negotium datum fuerat,
occiditur. Hunc illi exitum habuerūt.
Post hæc Commodus duos constituit
prefectos, tutius fore ratus, tantam
illam potestatem nō uni duntaxat cre-
dere, sed dissectam in partes, imbecil-
liorem eo pacto contra principem red-
dere. Verum haud longe post, aliz in
illum

illum huiuscemodi insidiæ intendo. persu
Maternus erat quidam miles multe ubi la-
sus nefaria. Is repente desertis castisibi ex-
atq; aliquot in societatem commiliq; ad
nibus ascitis, magnam perditorum alijs, i-
num brevi collegerat, uicosq; pri regno
& agros populabatur. Magna de suis
cunis ui collecta plures quotidie s
ex facinorosis copulabat, pollicen ut al
ingentia cuiq; operæ pœcia, & in pbi exi-
da cōmunionem inuitans, eō rema discrī
duxit, ut non iam latronum, sed ius grau
rum hostium haberet autoritatē. Quād
pe magnas etiam urbes occupabat ad
effractisq; per vim carceribus captiu acie sa
sine discrīmine omnes uinculis ex plebis
bant, eosq; sibi impunitate ac bene pensa
cij adiungebant. Igīt Galliam om batur
atq; Hispaniam incursibus uastabat statue
& ut quanq; ex magnis urbibus ui minis
perant, incensa, direptaq; protinus at pomp
bant. Quē ubi Commodus cognou In ea
rectoribus gentium plenas ira atq; præcip-
narū mittit epistolas, castigans & ign ria, ma
riam exprobrās, simul comparare a ti ante
uerit

duq[ue] s[ecundu]m illos exercitū imperans. Quod
 Ita p[ro]bi latrones acceperunt, decedendum
 est ubi ex illis regionib[us]. rati, clam per auiā
 quædam compendia, seorsum ali[us] ab
 alij, in Italiam peruererūt, ac iam de
 regno maioribusq[ue] rebus Maternus cū
 suis deliberabat. Nam quando hacte-
 nus omnia illi spe ulterius processerāt,
 aut aliquid magnum inuadendum si-
 bi existimabat, aut certe quando in id
 discriminis inciderat, nō obscure neq[ue]
 signauit moriendum. Sed quoniam se
 no tatis esse viribus intelligebat, quan-
 ad resistendum Commodo collata
 acie satis essent, quippe & Romanæ
 plebis, & prætorianorum militum pro-
 pensa in Commodum uoluntas crede-
 batur, arte sibi consilioq[ue] graffandum
 statuebat. Quocirca tale quiddā com-
 miniscitur. Veris initio, solenniq[ue] die,
 pompa matri deūm Romani celebrāt.
 In ea quæ apud quenq[ue] sunt diuitiarū
 præcipua, supellecç[ue] pleraq[ue] imperato-
 ria, materiæ aut artis spectandæ, præfer-
 ti ante deam solent. Passimq[ue] omnibus
 ludendi

ludendi licentia permissa, sic ut perso-
 nas induant, quas cuique habitum, nu-
 lamq; non magistratum quoq; im-
 ginem, prout cuiusc; studiu, represe-
 tent, sic ut non temere à falsis ueros d-
 noscas. Putauit hoc Materius idoneus
 calandis insidios tempus ratus fore,
 si personam stipatoris aliquatus indu-
 ret, suosq; ad eandem similitudinem a-
 mis ornaret, ac se hastatis immisceret.
 Sic ut pars esse comitatus imperator
 crederentur, nullo uidelicet praecauen-
 te, repetite impetu facto Commodus
 obtruncarent. Sed proditus Imperat-
 ri à socijs quibusdam, qui una cū ipso
 uenerant in urbem, indignantibus
 licet, si quidem eum non pro latroni-
 iam, sed pro principe habituri forent
 antequām festus dies adesset, & ipse
 prehensus ac mulctatus capite, & quod
 eiusdem factionis erant, meritis sup-
 cij; affecti. At Commodus facta re
 uina, gratulatusq; de festum agitaba
 pompaq; gaudens frequētabat. So-
 & populus omnis pro Imperatoris fa-
 lute d-
 auter-
 nore-
 num
 cepir-
 eares
 uide-
 cœlit-
 sit ma-
 fice sa-
 man-
 eidiss-
 giza-
 su ei-
 enim
 altos-
 ga, T-
 ruiss-
 rapu-
 uirib-
 cecid-
 seim-
 nym-
 sa ge-
 ra es-
 lus

lute diem lxxtabundus celebrabat. Quæ
autem ratio sit cur huic deo tantum no-
norem Romani habeant, non aliis
num uidetur, quantum ex historia ac-
cepimus, commemorare, præsertim cù
ea res pleriq; Græcorum ignota esse
uideatur. Ipsum igitur simulachrum
coelitus, ut aiunt, demissum, necq; qua-
sit materia, nec à quo fabricatum arti-
fice satis constat, necq; planè hominum
manibus credit factum. Hoc igitur de-
cidisse coelitus ferunt in quendam Phry-
gicæ agrum, cui nomen Pessuntoni, à ca-
su eius simulachri factum putant. Ibi
nam à principio cōparuisse, licet apud
alios cōperiam, pugnā illuc illum Phry-
ga, Tantulumq; Lydum inter se conie-
ruisse, siue de via ortam, siue potius ob-
raptū Ganymedis. Cumq; diu & quis
uirib. decertatū foret, ac p̄ multi utrinq;
cecidissent, nomen ex ea clade loco el-
lē impositum. Hic etiam fama fert, Ga-
nymedem ipsum trahentibus in diuer-
sa germani atq; amatoris manibus u-
ta esse orbatum, sublatumq; è medio,
pro

pro calamitatis solatio relata ad Ioue tent,
 raptorem fabula diuinis fuisse honore pre-
 bus affectum. In hoc, quē diximus, uirgin
 sinunte Phryges olim Orgia coleb̄ beter.
 ad ipsum fluuium Gallum, à quo ezonā
 euirati deæ sacerdotes cognomināt. Ita su
 Sed ubires Romana creuit, responminis
 accepto mansurum imperium, atq; ḡnis
 summam auctum iri, si P̄esinuntia P̄esin
 deam ad se transferrent, missi in Ph̄ se qua
 giam legati sunt petitum deæ simu scien
 chrum, quod quidē facile concessu das m
 est consanguineos se dictantibus, ad das a
 oriūdos ab Aenea Phryge. Cum itare se
 nauigio deuetū simulachrū ad ip in
 Tyberis fauces appulisset, quibus subiun
 Romani uice portuum utebantur, adq; p
 festim diuina quadam ui nauigiū su nere p
 stitit, neq; ullis Romani populi cœactu
 tim trahētis moueri viribus potuit, dicit
 nec uestalis sacerdos adesset. Ea cū usam p
 ginitatem perpetuō seruandā pollutatem
 se falso argueretur, damnationem mſequir
 tuens, supplex petīt à populo, ut iudic
 cium de se deæ P̄esinuntia committat ex
 ten

rent, quo impetrato zonā recinxit, cla
 re preccata, ut si intemeratam se esse, ac
 uirginē dea sciret, nauim progredi iu-
 beret. Quæ ubi dixit, statim alligatam
 zonā manu ducta nauis sequi cœpit.
 Ita sunt pariter Romani manifestā nu-
 minis diuinitatem, atq; innocentia uir-
 ginis admirati. Sed hæc hactenus de
 Pæsinuntia dea, prolixius etiam fortas-
 se quam decoit, haud insuauem tamen
 scientiam allatura ijs, qui res Roma-
 nas minus cognitas habeant. Cōmo-
 das autē euitatis maternis insidij, ma-
 lore se custodia muniebat, rarus prodi-
 git in publicum, plerunq; temporis in-
 suburbanis, aut in principalibus præ-
 cis procul ab urbe consumere, absti-
 nere prorsus ab iurisdictione, omniq;
 actu imperatorio. Per idem tempus ac-
 cedit, ut ingens Italiam quidem uniuer-
 sum pestilentia occuparet, sed in ciui-
 latem Romanam uel hemenius tamen
 m̄uiret, utpote q; & per se populo abu-
 daret, & aduenas toto orbe confiuens
 ires exciperet. Quare magna iumento-
 rum

rum atq; hominum strages consecutu
 mū in
 Tum Commodus (ita scilicet quid & cō
 medicinæ periti persuaserant) Lauretū
 tū secessit, quod frigidior ea regio
 est, ut
 sylvisq; è lauro permultis opaca, à q; li curā
 etiam regioni inditum nomen. Val
 lus ol
 enim plurimum aiebāt ad aëris eu
 etiā il
 dam contagionem, cum odores lau
 rum, tum ipsarū amoenitatem umb
 rum. Quocirca in ipsa quoq; urbe habel
 medicorum sententia, pleriq; unguatq;
 e
 tis suauissimis nares atq; aures opp; p
 rī
 bant, sufficiq; & odoramentis assid
 rante
 utebantur, quod meatus sensuum merer
 quidam dīcunt) odoribus illis occ
 um
 ri, necq; admittant aëra tabificum, & balne
 maxime ad miserint, tamen eum At R
 re' quasi uil longe superari. Ceterum tuis c
 hilo fecius morbus ingrauescere, rente
 minesq; paßim & pecora inter he Inexp
 nes agitantia interire. Sed & fames per il
 dem tempore ciuitatē oppresserat, agen
 de causa. Cleāder erat quidam Pluteu
 genere, ex ea nota hominū, qui pu
 terū ce per præconē ueneunt. Hic cū int
 es.
 m

in imperatoria seruitio esset traditus,
& cū ipso Cōmodo accreuiisset, eō scī
līcer honoris atq; autoritatis puectus
est, ut & corporis custodiam, et cubicu
li curā, præterea militū præfecturam so
lus obtineret. Cæterū diuitiæ ac luxus,
etiam illum ad imperij spem instigabat.
Qo circa grandi coacta pecunia pluri
mum frumenti coēmit. Id aut̄ occlusum
habebat, sperans sibi Romani populi,
atq; exercitus uoluntates adiunctutū,
prius rerū necessariarū penuria labo
rantes, magis repente largitionib, de
mereret. Idem gymnasium quoq; maxi
mum exadificauerat, publicatis etiam
balneis, ut eo modo populu inescaret.
At Romani infensi iam pridem, ac to
tius causam pestilentia in eum confe
rentes, simul perosi hominem diuitijs
inexplebilem, prius quidē confertim
per theatra identidē traducebat. Dein
agente in suburbanis Cōmodo, repen
te uniuersi magnis clamoribus cōcur
serūt, Cleandrum ad necem deposcen
tes. Cum autem suburbanum omne

E a tomul.

tumultu completeretur, & Commodus
ipse in alto secessu uoluptatibus indi-
geret, inscius quae gererentur (nam
Cleander cauerat) repete extra omni-
expectationem armati equites prin-
cipes eruperunt, Cleandri iussu proru-
tes obuium quenque, ac uulnerante.
Neque scilicet populus excipere illon-
impetum ualebat, inermis armatoru-
pedeſter equitum. Quare suga facta
urbem reiiciuntur, ibique permulti, ne-
modo quos ferro milites conficieb-
neci dediti, sed quos etiam ipsis pro-
cauerunt equites, quicquid aut coferta-
ba, aut equitum incursu conflictaba-
tur. Igitur ad urbis portas sine ullo in-
pulus agitabat. Enimvero Senatus quando iam semel periculum subierat metu Maximini, nihil sibi ad sollicitandas ad defectionem prouincias reliqui faciebat. Quocirca legationes undique ad rectores prouinciarum mittabantur, electis è senatorio, equestribz ordine clarissimis hominibus, cum litteris quibus S.P.Q.R. mens exponebatur, qui procuratores ipsos hortarentur, uti communem patriam capesserent, curiamq; Romanam tuerentur, persuaderentq; nationibus, ut in fide populi Romani perseverarent, cuius proprium antiquitus imperium foret, ueretimq; cum illis amicitiaz ius à maioribus institutū. Quocirca pleriq; legatis benigne exceptis, populos ad defectionem perpulerunt, quod scilicet primum fuit, adeò incredibili apud omnnes odio Maximinus laborabat. Igitur omnibus quicunq; apud ipsos magistratum gerentes, cum Maximino leniebant, repente ad unum occisis, ipsi uniuersi ad Romanos defecerunt.

V 4 Pau

urbe nunciant, nempe Vitalianus per
dolum, fraude r̄ occisus est. Quām
autem leue, instabileq; sit Romanū po-
puli ingenium, quām prompta clamor
tum tenus audacia, notissimum scili-
cer uobis est. Si duos modo, tres ūe ar-
matos conspexerint, prudentes alter al-
terum, & proculantes, ac suum quis-
que periculum fugitantes, publicum
neglectui habent. Quod si quis uobis
etiam quæ acta in senatu sunt, renun-
ciauit, non est profecto quod miremi-
ni nostram illis continentiam durio-
rem uideri, atq; ob id morum congru-
entiam, uitamq; illius luxuriosam no-
bis anteferri. Quippe apud illos fortis-
sima quæq;, ac grauissima pro asperbi-
mis dissoluta, atq; ebacchantia pro mi-
tibus, uoluptarijsq; habentur. Quocir-
ca nostrum quidem imperium, quo-
niam industrium atq; moderatum re-
formidant, Gordiani delectantur no-
mine, cuius infamia uitæ minime uos
præterit. Igitur aduersus hos, atq; hu-
iuscemodi homines bellū uobis est mi-

lites

lites, si tamē id bellū appellandū. Nam ut mihi quidē, atq; adeò cæteris omnibus uidet, nō prius Italā attigerimus, q̄ illorū maxima pars ramos supplices, liberosq; suos præferētes, nostris se pedibus aduoluent, aut formidine degeneri fugā facient, ut mihi liberū sit bona illorū uobis contribuere, quibus in perpetuū perfruamini. Hęc cū dixisset, ac multa in ciuitatem, senatumq; universum interpellatim p̄bra iecisset, manuumq; gestibus minabundus, cruciōz vultu, nutuq; oris quasi præsentib. irascens, profectionem in Italiā edicit. Diuīsōq; inter milites ingenti stipēdio, uno tantū die interiecto facere iter incepit, magnū secum exercitū, atq; uniuersas adducens Romanas copias. Sequebat eundē etiā Germanorū haud quach negligēdus numerus, quos uel armis subegerat, uel in amicitiā, societatemq; adsciverat. Præterea machinæ, & bellica instrumenta, quæq; alia aduersus barbaros comparauerat. Cæterum tardius iter faciebat, ob uehicula,

resq;

resq; alias usui necessarias, quæ undic; importabantur. Nam cum repentinu; id illi iter obuenisset, non cuiusquam prouidentia, ut consueverat, sed tumultu; ac festinato ministerio, quæ erat militib; necessaria colligebantur. Igitur præmittere Pannoniorum cohortes decreuit, qbus fretus maxime erat, quæ primæ imperatorem consulatauerant, atq; ultro etiam pro illius salute omne periculum deposcebāt. Iis igitur imperauit, ut cæteras copias præcederent, ac regiones occuparent Italiam. Dum in itinere Maximinus est, res interea Carthagini præter spem magnopere successerunt. Erat enim Capellianus quidam senatorij ordinis vir, procurator Mauritaniæ Romanis subiectus, quæ ab ipsis Numidia appellatur. Ea gens munita exercitib; fuerat, à quibus Barbarorum incursus, ac populationes cohercerentur. Quare hanc cōtemnendam militum manum circa se habebat. Cum hoc igitur Capelliano veteres Gordiano similitates, ex fore;

si quadam disceptatione intercesserat,
 quocirca nomē adeptus imperatoris,
 successorē illi misit, atq; abscedere pro
 vincia imperavit. Ille ea re indignatus,
 ac principi suo deuotus, à quo magi-
 stratum quoq; eū accepisset, omni coa-
 cto exercitu, cum quidem fidem tueri,
 ac iusturandum persuasisset, Carthagi-
 nem contendit, maximas, ualentissi-
 masq; copias secum adducens, uirosq;
 cum atate florentes, tum omni armo-
 rum genere instructos, peritosq; rei mi-
 litaris, atq; ex consuetudine priuileiorum
 aduersus barbaros magnopere ad pu-
 gnandum parates. Ut uero nūciatum
 Gordiano est, aduentare ad urbem Ca-
 pellianum, & ipse affectus est extrema
 formidine, & perterriti Carthaginen-
 ses uniuersi, qui scilicet in turba potius
 quam in exercitus aliquo ordine, col-
 locata uictoriz spe, cuncti pariter urbe
 effunduntur obuiam Capelliano. Ce-
 terum senex Gordianus (ut quidā per-
 hibent) simul atq; ille Carthaginem at-
 git, desperatis rebus, quod Maximi-

no

no vires ingentes, nullas in Africa copias esse videbat, laqueo se suspendit. Sed occultata illius nece, filium sibi dum multitudine elegit. Ita uentum ad manus est. Erant autem numero quidem plures Carthaginienses, sed inordinati ac rerum bellicarum imperiti, quippe in altissima pace educati, festisq; & deitatis emolliti, nudi que armis, omnique bellico instrumento. Nam domo quisque pugionem aut securem, aut uenabulum aut item praestas fudes, ut quisque poterat acuminatas, ad tuendum corpus extulerant. Contra, Numidae iaculatores optimi, atque equitandi pericillimi, sic ut equos etiam infrenos uirga tantu currentes moderentur. Quocirca facile Carthaginensium plebs in fugam uersa. Si quidem haud ferentes illorum imperium, omnes abiectis armis confertim effugerunt, crudentesq; inter se, & proculantes, multo sanè plures ipsi iniuriam affligebantur, q; cædebatur ab hostibus. Hic & Gordiani filius cecidit, & quicunque eum secuti, sic ut præ multitudine

titudine interfectorum, neque discerni ad sepulturam funera potuerint, neque adu-
lescentis Gordiani cadauer inueniref.
Etenim ex tanta copia fugientium pauci
duntaxat urbem ingressi, coniectiq; in
latebras euaserant, ceteri ad portas eō-
ferti, ac pro se quisq; intrare primi ur-
bem festinabūdi, ab iaculatoribus Nu-
midis, ceterisq; armatis militibus con-
stitucidabantur, maxima foeminarum,
puerorumq; eiulatu, quorum ante oculos
charissima pignora occidebantur.
Sunt qui perhibeant, ut primum Gor-
diano, qui propter senium domi se co-
tinuerat, nunciatum sit Capellianum
iam in urbem peruenisse, deplorata sa-
lute intra cubiculum se quasi dormitu-
rū recepisse, colloq; zonæ inserto, qua
præcinctus fuerat sibi mortem consci-
uisse. Hæc finis Gordiani fuit, felicis
anteacta vita, atq; in quadam principa-
tus imagine exticti. Sed en Capellia-
nus Carthaginem ingressus, præcipuū
quenq; ex ijs, qui è pugna superau-
erant, neci dedidit, ac neq; à templis de-
spoliandis,

spoliandis , neq; à publicis , priuatisq;
 pecunijs diripiendis abstinuit , aditiscq;
 urbibus reliquis , quæcunq; honores
 Maximini substulissent , in his præstan-
 tissimum quenq; morte , ceteros suppli-
 cio afficiebat , agros autem uicosq; co-
 cremandos militibus tradebat , prate-
 xto quidem ulciscendi Maximinum .
 Carterum clanculum militum sibi ani-
 mos concilians , ut sicubi res à Maximi-
 no turbassent , ipse ad occupandum prin-
 cipatum beniuolis militibus uteretur .
 Ita se uidelicet res in Africa habebant .
 Postea uero quam Romæ audita senis
Gordiani mors est , ingēs perturbatio
S. P. Q. R. ingensq; terror inualit ex-
 tincto , in quem unū spes omnes suas
 collocauerant . Nec enim illos prater-
 bat , nemini iam parsurum Maximinū ,
 cum sponte alienum ab ipsis atq; hosti-
 li animo , tum iustis etiam causis , & pro-
 fesso quasi odio succensem . Itaque
 frequentes in unum conuenere , ac de
 toto negocio deliberantes , quando se
 mel in periculum uenerant , bellū com-
 parare

parare decreuerunt, duobus electis im-
 peratoribus, qui rem pub. parti potesta-
 te administrarent, ne rursus principa-
 tus autoritas in tytannidem prouehe-
 tetur. Conuenierunt igitur non quidē
 in curiam quo antea cōsueuerant, sed
 in templum capitolini Iouis, quod in
 arce summa p̄ciput ueneratōis Ro.
 habent, ibi clausis foribus soli, quasi te-
 ste, & confessore, atq; adeo rerum o-
 mniū inspectore deo, selectis qui astate
 ac dignitate c̄teros anteirent, de qui-
 bus suffragia ferrentur, duo ex omni
 numero Maximus atq; Albinus pluri-
 mis suffragantib; imperatores creati.
 Horum Maximus cum s̄pe ex exercitu
 bus p̄fuerat, tū p̄fectura urbi egre-
 gie gesta, maximam ingenij, prouiden-
 tieq; , p̄terea uitæ continentis opinio-
 nem uulgo de se p̄buerat. Albinus
 autem patricij generis homo, consula-
 tu iterum gesto, multisc̄p provincijs si-
 ne ulla querela administratis, morum
 simplicior habebatur. Ita creati prin-
 cipes, Augustiç appellati, ac senatus con-

X fulto

fulto omnibus imperatorijs honorijs,
affecti sunt. Dum hæc aguntur in Ca-
pitolio, interea P. R. incertū subiuncti-
bus Gordiani amicis, ac necessarijs,
an tantum rumoribus exciti, facto ad
portas concursu, viam qua itur in Ca-
pitoliū, totam cōferta multitudine oc-
cupauerat, lapidesq; & fustes ingeren-
tes, rebus in Capitolio actis aduerlabā-
tur, ac Maximū in primis recusantes,
seueriorem scilicet q; ut eum lenis mul-
titudo facile pateretur. Quapropter eo
maxime offendebant, clamantes iden-
tidem, ac minitantes utrumq; se confe-
stim occisuros. Nam ipsi ex Gordiani
genere principem sibi deposcebant, ut
in familia, nomine eo nomē impera-
torum remaneret. Albinus autem ac Ma-
ximus equeltris ordinis iuuentute, at-
que urbanis militibus cū gladijs undi-
que stipati, egredi Capitolio conaban-
tur, sed lapidibus ac fustibus coherciti,
donec subiecte nescio quo, ad hunc
modū populo imposuerūt. Erat puer
quidā infans adhuc ex Gordiani filia
natus

natus, nomen autem referens. Hunc igit̄ submissis quibusdam afferri ad se iussērunt. Qui cum domī eum ludibundū offendissent, impositū in humeros per medium ferebant multitudinem, plebis ostentantes, ac nepotulum Gordianū dictitantes, vocantes eum nominatim, quoad in Capitolium pertulerūt, populo subinde acclamante, & cōspersa gente puerum frondibus. Cum itaq̄ senatus Cæsarem illū declarasset, quando adhuc per statem rem publ. gerere non poterat, & irā multitudinis re sedētant, passi uidelicet sunt in aulam palatidam senes imperatores cōmigrare. Sed incidit per eos dies ciuitati Rōmæ funesta calamitas, orta de nimia duorū senatorum audacia. Nam cum senatus haberetur de publicis negocījs, duo ex militibus Maximini, quos in castris reliquerat, emeritæ iam statis, ad fores curiæ accesserunt exploratum quæ gererent, inermes uidelicet, tantumq̄ sub armalibus, & sagis induiti. Constiterat autem pariter cū reliqua multitudine,

X 2 sed

sed cæteris ante fores præstolantibus,
 duo, tres uero ad summā curiosiores au-
 diendi, curiam ingressi, sic ut ultra arā
 quoq; uictoriz penetrarent. Hic sena-
 tor quidam deposito nuper consulatu,
 Gallicanus nomine, ac genere Cartha-
 giniensis, alterq; item prætorius Mece-
 nas, nihil tale expectantes milites, ma-
 riūsc; adhuc sub sagulis habentes, re-
 pente adactis in corda pugionibus in-
 terficiunt. Etenim omnis senatus ob re-
 centem seditionem, tumultumq; supe-
 riorem, alij propalam, pars clanculum
 gladios gerebant, quibus suam quisq;
 salutem ab inimicorum insidijs tueren-
 tur. Ita cæsi milites, quod se de improvi-
 so defendere haud quiuerant, prostra-
 ti ante altaria facebant. Quo usq; cæte-
 ri confessim expauersati commilitonū
 interitu, simul populi concursum for-
 midantes, quod erant inermes, sugam
 atripuere. Cæterū Gallicanus rapit
 se curia in medium multitudinem pro-
 tripiens, gladiumq; & manu stillante
 sanguine ostentans, ad persequendos,

occidit

occidendo sc̄p̄ senatus, populis̄ Roma-
 ni hostes, amicos , socios̄ Maximini
 uulgus adhortabatur . Quibus rebus
 inducta plebs, Gallicanum faustis ex-
 cipit acclamationibus , militesq; lapidi-
 bus incessit, quatenus licuit persecuta.
 Ceterū cum se illi in castra receperint,
 paucis tantummodo uulneratis, clau-
 sis portis , armisq; arreptis , castrorum
 mœnia defensabant . Verum Gallica-
 nus (quando semel tantum facinus aq;
 sus fuerat) bellum protinus ciuile, atq;
 omnibus pñciosum fuscitauit. Quip;
 pe iussis effringi publicis armamenta-
 tis , in quib; pompæ magis instru-
 menta, quam belli afferuabantur, un-
 de sibi quisq; munimentum corporis
 accommodaret, apertisq; item gladia-
 torum ludis , atq; unoquoq; proprijs
 armis ornato , præterea cunctis , que-
 cūq; intra domos aut officinas essent,
 hastis, gladiis, ac securibus direptis, cū
 quicquid occurrerat, furor in arma co-
 uerteret, statim omnes conferti, cōglo-
 batq; ad castra contenderunt, ac uelut

X 3 urbem

urbem aliquam expugnaturi, murum ipsum portasque circumfederunt. Ceterum milites, utpote pugnandi peritissimi, pinnis sese murorum, clypeisque pro tegentes, sagittarum iactu crebro, ac præ longis contis multitudinē repellebat. Postremo cum iam defatigato populo, sauciusque magna ex parte gladiatori bus, atque in uesperam uergente die, regredi in urbem decreuissent, conspicati milites securitatem abeuntium (quippe minime ausuros putabat Romani, adeo paucos aduersus tantam multitudinem, castris eruptionem facere) confessim uniuersi sese portis patetibus in uulgu illud hominū concitauere. Ibi gladiatores ad unū cœsi, magna pars populi collisa. Quo facto, cū haud procul castris recessissent, rursum sese intra munimenta receperent. Hinc igit maior senatui, populoque Romano indignatio oborta, quare duces ex Italia omni probatissimum quemque delegerunt, iuuentutemque omnem collectam in unum, subitarijs armis, ac tumultua

vñs

rijs adornarunt. Horum potissimum partem secum Maximus eduxit, ut aduersus Maximum præliaretur, reliqui ad urbis custodiam tutelam relicii. Interea quotidie ad muros castrorum dimicabatur, sed profectu nullo de seniis superne militibus, iactamq; & sauciam multitudinem fœde repellentibus. At Balbinus domi se continens, populo per edictum supplicabat, ut in gratiam cum militibus rediret, quibus etiam omnium quæ patrauerant, obliuionem atque impunitatem pollicebatur. Sed neutrīs id persuasum, gliscente indies malo, ac populo indignante, quod tanta multitudine tam paucis contemptui foret, contra militibus egerimē ferentibus, ea se à Romanis passos, quæ uix unquam à barbaris expectassent. Postremo quādo op pugnatiō parum procedebat, uisum ducib. interuertere omnes ritos, qui in castra peruenirent, ut milites aquarum penuria, siti que conficerent. Igitur abfcindendo, obstruendoque cun-

X 4 cto

Ctos è castris aquarū riuos auertebant,
Sed enim intellecto periculo milites ac
rebus desperatis, erumpunt uniuersi pa-
tentibus portis, congressisq; multitudi-
nem fugientem in urbem usq; perse-
quuntur. Sed ubi iam statario illo cer-
tamine, plebs inferior intra domos se
recepérat, ac tegularum, lapidumq; &
testarum iactibus desuper urgere co-
perat milites, haud ausi illi ignota adi-
cia subire, clausis etiam domibus, & ta-
bernis, ignem ianuis, ac ligneis adi-
ciorum projecturis, quales in urbe plu-
rimæ sunt, illico admouerunt. Quo fa-
ctum est, ut partim crebritate insularū,
partim lignea materia, bona pars urbis
conflagrauerit, multi que ex opulentis
pauperes facti, maximis atq; egregijs
amissis possessionibus, uel prouentu
uberrimis, uel splendore ipso, & uarie-
tate preciosis. Neq; uero pauci extin-
cti mortales, quod ianuis igne occupa-
tis, proripere se domo copia non fue-
rat. Bonacq; diuitū direpta penitus, im-
miscoente se militibus studio rapiendi
facino-

facinorosissimo quoque, & tenui plebe
 cula. Sed adeo peruagatum longe, la-
 tecque incendium est, ut plus multo con-
 sumperit, quam quantum spaciū maxi-
 ma quæque urbs ædificijs occupet. Dū
 hæc Romæ geruntur, interea Maximili-
 nus confecto itinere Italiam attigerat,
 ac sacrificato ad aras, quæ in finibus
 ipsis erectæ sunt, pergit iter facere, ius-
 sis arma tenere, atque instructa acie pro-
 gredi militibus. Sed cum & Africæ de-
 fectionem, & Romæ bellū ciuile, præ-
 tereaque res à Maximino gestas, iter que-
 cius hactenus conscripsimus,
 reliqua deinceps expli-
 cabuntur.

F I N I S.

X , HERO

HERODIANI LIBER
OCTAVVS.



Vx post interitū Gor-
diani gesserit Maximinus, iterq; eius in
Italiā, prætereaq; Afri-
cæ defectionē, & in or-
be ipsa populi ac mili-
tum seditiones, superiore uolumine re-
censuimus. Enīmuero Maximinus
postquam ad Italix fines peruenit, præ-
missis exploratoribus, qui specularen-
tur, an illæ in alpium conuallibus, &
densissimis sylvis infidile delitescerent,
ipse in planum deductis militibus, su-
bet armatorum acies quadrato agmi-
ne incedere, ut ab h̄s quamplurimum
campi occuparetur, cūctisq; in mediū
coactis impedimentis, ipse cum suis sti-
patoribus ueluti subsidio sequebatur,
alij utrinque discurrentibus cataphra-
ctorum equitum, Mauris que iacula-
toribus, sagittar̄isq; ex oriente, & equi-
tatu Germanorum, quos auxiliare
ascive-

asciuerat, quosq; etiam prcipue op-
ponere hostibus consueuerat, ut pri-
mos uidelicet imperus exciperent, fer-
roces, audacesq; initio pugnæ viri, si-
mul ut (si in discrimen ueniretur) uila
potissimū barbaria illa periclitaretur.
Sed ubi totam planicie seruatis ordi-
nibus transmiserunt, ad Italit urbem
peruentum est, qux Ema à cultoribus
uocatur. Ea sita est in extrema planicie
ad alpium radices. Vbi speculatores,
atque exploratores exercitus narrant
Maximino, uacuam relictam urbem,
au fugisse omnes incolas, templorum
etiam, ac domorum ianuis incendio
consumptis, atque omnibus quæ uel
in urbe, uel in agris fuerat exportatis,
aut igni corruptis, nihil aut iumentis,
aut hominibus alimentorum relictum.
Quæ res grata in primis Maximino
fuit, quod idem cæteros quoq; popu-
los suo quenq; metu facturos arbitra-
batur. Contrà milites indigne tulerut,
quod ab initio statim fame laborarent.
Cum que noctem exegissent, partim
intra

intra patētes, cōmunesq; omnibus do-
 mos, partim in planicie ipsa, statim so-
 le oriente, ad Alpes accesserūt. Hi sunt
 longissimi quidam montes, uice mu-
 torum Italiz; circundati, adeo in altum
 editi, ut etiam superare nubes uidean-
 tur, itaq; in longū porrecti, ut uniuers-
 am Italiā cōprehendat, iēqua ad Tyr-
 rhenum pelagus, dextra ad Ioniū ulq;
 perteingentes, densis ubiq; nemoribus
 insessi, atq; angustissimis callibus, &
 rupium prærupta altitudine, scopulo-
 rumq; asperitate uix peruī, nonnullis
 tamen quasi semitis magno ueterū Ita-
 lorū labore manufactis. Quapro-
 pter ingens transitū illac exercitū
 formido tenebat, sperantē summa iu-
 ga teneri iam ab hoste, nullosq; nō ob-
 structos exitus ad se prohibēdos. Ne-
 que is metus de nihilo erat, locorū na-
 turam contemplantibus. Postea uero
 q; sine ullo impedimento, superatis al-
 pibus in castra descenderant, lāti scilicet
 omnes instauratis animis uitulabā-
 tur, nihilq; nō sibi ex sententia cessurū

Ma

Maximinus arbitrabatur, ne locorum
quidem difficultati fidentibus Italīs, in
tra quas latitare ipsi, & salutē suā con-
solere, prætereaq; insidiari hostib; ac
locis superne imminentibus pugnam
caepessere potuissent. Sed ubi planicie
attigerunt, nunciant exploratores ma-
ximam Italīz urbem Aquileiam por-
tas occlusissimā, Pannoniorū acies quæ
prætulerant, acriter murum oppugnaſ-
ſe. Ceterum tentata re ſaþe omnes in-
cassum conatus euafifſe. Itaq; iam deſa-
tigatos recedere, lapidibus ſcilicet &
hastis, magnā sagittarum uulnē ſuper
ingruentib;. At Maximinus iratus Pan-
nonijs, quaſi parum impigre præliatis,
ipſe cum exercitu reliquo accelerabat,
ſperās nullo negocio ſe illius urbis po-
titurum. Sed Aquileia prius quoq; (ut
erat ingens urbis eius magnitudo) po-
pulo abundabat, & uelut Italīz quod
dam emporium ad mare ſita, quaſi q
terminus Illyriæ, copiam rerum ē con-
tinenti per terram, fluuiosq; conuecta
nauigantibus ſuggerebat, & ab ipſo
marī

mari res ad usum eorum, qui cōtinenter colunt, necessarias, uidelicet superioribus terris propter hyemis asperitatem minus feracibus, maxime tamen uinum, cuius in ipsa regione maximus prouentus est, uicinis gentibus ne uitam quidem habentibus, affatim suppeditabat. Ex quo factum, uti super ciuium ingentem numerum, etiam magna uis hospitium, ac mercatorum eam urbem frequentaret. Enim uero tunc etiam aucta multitudo confluentibus illuc ex agris quicunq; oppidulis, uicisq; circa relictis, fidebat urbis magnitudini, ac uerustis moenibus dirutis quidem antea magna ex parte. Quippe in tanta Romanorum potentia, neq; murorum, neq; armorum Italæ ciuitates indigebant, pacem altissimam agitantibus, atq; in participatum reipub. ascitæ. Sed tunc urgente uidelicet necessitate, renouatis, instauratisq; moenibus, præterea turribus, ac propugnaculis excitatis, totaq; urbe ad eum modum cōmunitati clausisq; portis, nocte, diemq; uniuersi pro

pro muro stantes, hostē fortissimā pro
pulsabant. Duces erāt summa potesta
te duo cōsulares viri lecti à senatu Cri
spinus ac Menephilus. Hi maxima di
ligentia procurauerant, ut necessaria
quaç in urbem importarentur, sic ut
diuturnior quoq; sustineri oppugna
tio potuerit. Erat item in urbe magna
aquarum abūdantia, partim ex puteis
sanè frequentibus, partim è fluvio mu
ros præterfluente, ac pariter fossæ obie
ctus, & aquarum præbente copia. His
ita intra urbem cōparatis, ut primū de
fendi muros diligenter, clausasq; por
tas Maximinus audiuit, decreuit mitte
re legatorū specie, q; illos alloquerent,
ac si possent, reserari sibi portas persua
derent. Habebat autem in exercitu tri
bunū quendā Aquileiæ ciuem, cuius
nati atq; uxor, præterea familia omnis
in urbe erāt cōclusi. Quare eū, cēturi
nesq; nōnullos, quasi oratores mittit,
sperans facile illius autoritatem muni
cipes secuturos, qui ubi muro appro
pinquarunt, in hanc sententiam uer
ba

ba faciunt. Iubere communem imperatorem pacē depositis armis colere , seç amicum pro hoste accipere, sacris que faciundis uacare, cō cædibus , miserari patriam paulopost (si obstinati perfite rint) ruituram, licere ipsis (si uelint) una opera sibi quenca, & saluti patris consulere, quippe obliuionem , ueniamq omniū quæ fecerint, optimum principem polliceri, quando nihil ipsorum sed omnia foret aliena culpa cōtracta. Talia quædā sub muro legati magna uoce pronunciabant, sic ut facile exaudiiri, si non plane ab omnibus , certe ab ea multitudine possent, quæcunq supra muros, turriscō constiterat. Etenim taciti omnes legatorum dictis aures ditterant. Quare metuens Crispinus ne pollicitationibus illis, quæ vulgi inconstantia est, ad mutandum pace bellum, reserandasq hosti portas impellentur, discursans ipse per muros rogue, obtestari que singulos, uti audaci manerent, fortiterq resisteret, neq fide proderet senatui debitā, P.Q.R. ne

tituli

titulum seruare, ac propugnare Italiam
 totius aspernarentur, neu promissis
 crederet periuri, fraudulentius tyranni,
 neue item benigna oratione inescari,
 tuerent in manifestam perniciem, sed
 considerent belli fortunæ, ita plerumq;
 dubiæ, atq; ancipiit; ut magnus inter-
 rim numerus à paucissimis, & qui po-
 tentiores creduntur, ab his qui imbecil-
 liores habeantur, victi, superatisq; sint,
 neue utiq; expauescerent exercitus il-
 lius magnitudinæ. Nam qui pro altero
 dimicant, cum suæ victoriæ felicitas
 ad alios uideant migraturam, mi-
 nus profecto acriter decerat. Quippe
 qui intelligant sequidem in periculi par-
 cipatum admitti, ceterum extremos ui-
 toriæ fructus ad alium perueniuros.
 Qui autem pro patria pugnat, preterq;
 quod spe meliore esse debent (necq; em
 aliena occupare, sed tueri sua contem-
 dunt) etiâ animo sunt maiore, ut quos
 non alienum imperium, sed sua quenq;
 necessitas adigat quoniâ scilicet victo-
 ria fructus ipsis potissimum debeantur.

Y Taka

Talia quædā nunc singulis, nunc unius
 versis īgerēs Crispinus, homo saepē
 natura uenerabilis, ac Romana facun-
 dia pollens, præterea gratus omnibus,
 mīti, modestoq; imperio persuasit mul-
 titudini, ut in officio, fideq; permaneret,
 sustinēt legatos rebus infectis ad Maxi-
 minū reuerti. Dicebatur aut Crispinus
 ad bellū sic audacter sustinendū, etiam
 haruspicū responso, qui lata exta nun-
 tiarēt, animatus, etenim magnopere si-
 dem huiuscmodi signis habere I kali
 consuerunt. Cæterū nonnulla quoq;
 oracula ferebant, patrū cuiusdā numi-
 nis uictoriā promittēta. Belem uocā-
 indigenx, magnaq; eū religione colūt,
 Apollinem interpretantes. Cuius etia
 speciem pro urbe ipsa pugnante, qui-
 dam ē militibus Maximini uisam sibi
 in cœlo offīrmabant. Quod utrum sic
 esse nonnulli putauerint, an id cōmea-
 tum placuerit, ad leuandā infamia tan-
 ti exercitus, q; bello īpar foret aduen-
 sus minorē multo numerū oppidano-
 rum, ut scilicet q; dīcī potius a dījs, q; ab
 homi

hominibus uiderentur, haud sanè satis
exploratū habeo. Ceterū nouitas euen-
tus cuncta credibilia facit. Postea ue-
to quām infecto negocio legati reuer-
terunt, ira et furore instinctus Maximil-
nus, magis, magisque accelerabat. Ut
autem ad flumī peruenit, qui ad lapi-
dem duodecimum procul est ab urbe,
inuenit ipsum maxima aluei profundis-
tate, ac latitudine defluentem. Etenim
annī tempore solutæ uicinorū montis-
um niues, quas longa hyems duraue-
rat, maximum torrentē effecerant. Sic
ut nullo pacto transire exercitus pos-
set. Nam pontē, quod opus magnum,
atq; pulcherrimū veteres imperatores
lapide quadrato cōstruxerant pylis ue-
luti quibusdā paruis sensim crescenti-
bus ruperant, ac resoluerat Aquileien-
ses. Ita cum neq; ponie, neq; nauigij
(quippe nulla suppeditabant) transire
exercitus posset, substituit incertus con-
silij. Sed enim Germani aliquot igna-
ti, quām rapido, abruptoque impetu
Itaiæ flumina deferantur, ratiq; sensim

Y 2. influere

influere campos, quemadmodum apud
 ipsos consueuerunt (unde etiam quia mi-
 nimum se concitant, per facile congela-
 scunt aut scyph, & equos natandi peri-
 tos alueo credere, ut fluminis ablau pe-
 rierunt. Igitur cum biduū, aut triduū in
 tentorū fuisse Maximinus, ducta cir-
 cum exercitum fossa, ne qui de impro-
 uiso in castra ruerent, stabat in sua ripa
 deliberandus, quonam tandem pacto
 fluuium ponte iungeret. Sed magnali-
 gnorum ac nauigiorum penuria, qui-
 bus inter se iunctis pontem fabricare-
 tur, nunciarunt quidā e fabris, esse per-
 multas in agris illis desertis inanes cu-
 pas forma rotunda, quibus uidelicet
 incolæ quondam ad uinum importan-
 dum utebantur, ea cum essent ad nau-
 um similitudinem concava, deuincta
 mox inter se scapharū more, innata-
 tura uidebant. Etenim ire pessum uin-
 culis inter se constricta, ac uimib[us]
 desuper iniectis, & puluere multo fa-
 burata non poterant. Quod ubi factū
 est, facile milites in ulteriore ripā trans-
 gressi,

gressi, suburbanis & dificijis, quæ deser-
ta inuenerunt, igne correptis, uites, ar-
bores & exciderunt, omnemq; eius re-
gionis ornatū foedauerunt. Siquidem
arborum cōparibus ordinib; ac uittis
bus inter se iunctis, & in sublime eue-
ctis, ad festæ celebritatis speciem, quasi
coronis quibusdam redimita omnis re-
gio videbat, quibus radicitus excisis,
exercitus ad ipsos urbis muros con-
tendebat. Sed omnibus defatigatis
non fuit imperatoris consilium urbem
ipsam statim inuadere. Sed extra telia
etiam constituto milite, diuisioq; in cen-
turias, & cuneos, ac partibus muri toti-
us, unicuiq; attributis, uno tantum die
ad requiescendum indulto, statim de-
inde oppugnare urbē aggreditur. Iḡi-
tur machinamentis omnifariā admo-
tis, cū genus oppugnationis nullum
prætermitteret, plurima scilicet, ac pro-
pemodum quotidiana certamina ede-
bantur. Etenim circundatis uelut inda-
gine quadā muris, magnaq; ui, atq; ala-
critate pugnam capeſſente milite, resi-

Y 3 ste

stebant audacter Aquileienses; clausisq; templis, et domibus, uniuersi cum liberis, & coniugibus urbem desuper eturribus ac propugnaculis defensabant. Neque erat ulla tam inutilis actas, quæ pugnare pro patria recusaret. Ceterum suburbana omnia, & quicquid extra urbem adficiorum fuerat, demolitus Maximinus, lignis, materialiæ omni ad machinas abutebatur, quibus muri saltem aliquam partem demoliretur, qua immensus exercitus deriperet urbem; ac dirueret, totam que eam vastam mox, desertamq; relinqueret. Neque enim decorum sibi, aut honorificum fore iter Romanam arbitrabatur, nisi urbem delevisset, quæ prima in Italia obstinasset. Quo circa multa pollicentes, atque ostentantes ipse cum filio, quem Casarem fecerat, obequitabant militibus eosq; ad pugnandum acriter adhortabantur. Enimvero Aquileienses saxa desuper iaciebant, sulphureq; bitumine, ac pice mixtū dolis, quorū manubria longiora, immitebant,

tebant, atq; ut primū exercitus muris
successerat, ignibus iniectis disperge-
bat unanimiter imbrūritu. Quamob-
rem pīx illa cū cāteris, quæ supra dixi-
mus, partes nudas corporis sublēs un-
dīcī diffundebat. Sic ut miles loricas,
armasq; cātera ferro excandescente, co-
rīscq; ac lignis ardentibus, contrahen-
tibusq; se raptim abiiceret. Itaq; cerne-
re erat milites arma sibi ipsos, detrahē-
tes, quæ spoliōrū specie abiecta humi,
cōmento magis attis, q; ui pugnantū
præferebant. Ex quo factum est, ut ple-
risq; milibus, ac oculi extinguerent,
aut summæ oris partes, manusq; item,
& si qua præterea nuda in corpore pa-
tebant, ignibus labefactarētur. Sed &
machinis, quæ muro admovebantur,
desuper tredas iniecebant, pice ac resi-
na oblitas, quarum extremitas mucro-
nem ueluti sagittæ haberet, quæ cum
accensæ deferebantur, infixæ, inheren-
tesq; machinis, ac facile scilicet illas
concremabat. Sed primis sanè diebus
par utrinque librata fuit pugnæ, for-

Y 4 tuna.

fortuna. Dein mora infecta, minus minusq; iam alacer Maximini erat exercitus, sed quia spe falsus, tristiorq; indiges. Nam quos ne unū quidem diē sperauerant suū laturos impetu, eos non modo nō cedentes, sed resistentes etiā audacissime animaduertebāt. Contra Aquileienses magis, magisq; indies uiri, atq; animorum implebantur, & assiduitate pugnandi peritiam pariter, audaciamq; consecuti. Sic despiciebāt milites, ut etiā iocarentur in eos, & cauillarentur, nihilq; non contumeliz obeunti muros Maximino exprobarent, tum in ipsum iuxta, filiumq; nulla no sacerent probra. Quibus irritatus, ac furens, cum effundere in hostes irā nō liceret, plurimos ē suis ducibus, quasi parum strenue, atq; acriter urbem oppugnarent, extremo supplicio affecit. Quo factum, ut infestiorem sibi, atq; iratiorem militē reddiderit, & contemptibilior fieret aduersarijs. Euenit præterea, ut Aquileienses commeatu, rebusq; ceteris abundarent, quoniā ma-

gna

grata diligentia, quæcumq; ad homines,
aut equos sub stentandos desideratur,
in urbem fuerant comparata. Contra
exercitus, omnium rerum egenus, ex-
cisis feracibus arboribus, agroq; omni
peruastato, partim sub tumultarijs
tentorij agitabant, partim sub aperto
cœlo tolerabat solem, atq; imbræ. Si-
quidem nihil alimenti, uel ipsis, uel iu-
mentis importabatur, obseßis omnibus
Italiæ itineribus Romanorum di-
lignantia, murisq; , & portis excitatis.
Etenim viros consulares cum lectissi-
mis, ac spectatissimis hominibus ex
Italia tota miserat senatus, qui littora,
portusq; tutarentur, neq; cuiquam po-
testatē faceret nauigandi, sic ut inaudi-
ta, incognitach foret Maximin: quæ
cunq; Romæ agitabantur. Quin uiz
quoq; omnes, & calles, ne quis transi-
ret, diligentissime seruabantur. Ita eue-
niebat, ut exercitus, qui urbem obside-
bat, ipse inuicem obſideretur. Nam
neque Apuleiam capere, neque Ro-
manam proficiſci poterat, nauigiorum

Y s ac

ac uehicularum penuria, quæ omnia
 prius occupata, & conclusa fuerant.
 Rumores quoque suspicionibus in ma-
 fusa uagebantur, esse uniuersum in ar-
 mis Romanum populum, cōsensisse
 Italiā, gentesq[ue] Illyricas, barbarasq[ue]
 quascunq[ue] aut oriens, aut meridies ui-
 det ad exercitū contrahendum, coniu-
 ratas in Maximini odiū. Quare despe-
 rantes milites, omnium rerum penuria
 laborabāt, uixq[ue] aquæ satis habebant,
 quam etiam pollutam sanguine, & cæ-
 dibus de flumine hauriebant. Nam &
Aquileienses cadauera suorū, que hu-
 mari non poterant, in flumina præcipi-
 tabant, & qui ferro, morboq[ue] in exerci-
 tu perierāt, itidem alueo demergeban-
 tur. Inter quos etiā qui inopia ciborū
 confecti, uix adhuc spiritum retenta-
 bant. Cum igit ad hunc modum moe-
 stus, atq[ue] inops exercitus esset, repente
 dū sub tentorio quiescit Maximinus
 uacuo die à pugna, cū pleriq[ue], aut in ta-
 bernacula, aut in suas quisq[ue] stationes
 concessissent, usum est militibus q[ue]
 quo-

quorum ad urbem Romanam sub mon-
te Albano castra erant, atque in his li-
beri eorum, cōiugesq; relictæ, neci de-
dere Maximinum, aliquando à diutur-
na, & inexplicabili obsidione requie-
fcerent, neq; Italæ bellum inferrent in
tyranni gratiam, damnati omnibus &
inuisi. Quocirca occupata audacia,
sub mediū fermè diem ad illius tento-
rium contendunt, conspirantibus una
corporis custodibus. Ibiq; postquā de-
signis militaribus illius imagines detra-
xerunt, prodeuntem mox tentorio, cū
filio, ut ad eos loquerentur, continuo
obtruncant, unaq; p̄fectum præto-
rio, & quoсunq; clarissimos ille ha-
buerat. Projectaq; ad ludibrium cada-
uera, canibus dein, uolucribusq; lan-
anda reliquerunt, missis tantum Ro-
mam imperatorum capitibus. Hunc
habuit finē Maximinus cum filio. Ita
male gesti imperij dedere ambo sup-
plicium. Cæterum exercitus hærebat
nece auditæ principii. Necq; enim per-
inde omnibus grata, præsertimq; Pan-
nonijs,

nonis, Thracibusq; barbaris, qui scilicet imperium tradiderat. Sed quando infectum fieri iam nequibat, ferebant quanquam inuiti, & se gaudere cum ceteris simulabant. Quare depositis armis, pacatorum habitu, ad Aquileiaz muros accesserunt, nunciataque cæde Maximini, petebant uti sibi portæ apertinent amicis iam, qui pridie hostes fuissent. Enim uero Aquileiensium duces haud passi, proponunt Maximi, & Albini, ac Gordiani Cæsaris imagines, coronis, & lauro redimitas. Quibus ipsi acclamantes, etiam hortabantur exercitum, ut agnoscerent, salutarentq; & letis exciperent uocibus, quos Senatus, populusq; Romanus imperares elegisset. Nam Gordianos illos superiores cum dis agere axuum. Sed & forum rerū uenalium supra muros exposuerunt, magna ciborum, uiniq; copia, prætereaq; uestium, & calceorum, rerumq; adeo omnium, quas præbere hominibus posset ciuitas beata & florrens. Igitur magis, magisque ea res ex-

era



exercitum obstupefecit, cogitantem suis
 se illis abunde omnia, etiam ad longio
 rem obsidionem suffectura, contracq
 se magna egestate omnium, prius ali
 quanto perituros, quam urbe omni
 bus circumfluente cop s potirentur.
 Ita manente sub muriis exercitu, & que
 cuiq usui forent, inde sumentibus, col
 loquentibusq inter se pacis erant. am
 citusq uelut habitus, manente adhuc
 obsidionis specie, cum scilicet clausa
 moenia Romanus circumfideret exer
 citus. Dum hæc ad Aquileiam gerun
 tur, interea equites, qui Maximini ca
 put Romam ferebant, magno studio
 accelerantes, patentibus ubiq portis,
 ac laureata populariū frequentia exce
 pri, stagnis plaudibusq inter Altinū,
 ac Rauennam enauigatis, Maximum
 in urbe Rauenna inuenierunt, delectos
 ex urbe, & Italia contrahentem mili
 tes, ac Germanorum auxiliares, qui
 benevolentia nomine publice à popu
 laribus missi fuerant, quibas olim Ma
 ximus cū imperio diligentissime pr
 fuerat

fuerat. Ergo paranti copias aduersus Maximum repente occurrit equites, capita ferentes principū, uictoriā mēnuntiantes, & rerū prosperos successus, consensumq; exercitus, & populi ad eosdem colendos principes, quos senatus elegisset. His igit; præter spem nunciatis, statim ad aras sacrificatum discurrit, uictoriā canētibus uniuersis, quam circa pulueris factum sibi p̄pererāt. Enim uero Maximus peracto sacrificio, Romam dimittit equites, ut rem gestam populo narrent, & capita illa perferant. Qui postq; peruenere in urbem, atq; infixa contis hostilia capita omnibus conspicienda prætulerūt, nemo utiq; uerbis ullis consequi posset festum, luctiamq; eius diei. Nulla quippe fuit aras, que nō ad aras, et templa festinaret, nemo qui domi se continerit, sed ibant ceu lymphati grataentes inuicem, atq; in circū ueluti futura contione frequētes cōcurrebat. Ipseq; Balbinus hecatombas immolabat, nullique non magistratus, nulli non è senato-

Natorio ordine latabundi supra quam
dici posset, agitabant, quasi securim
ceruicibus imminentem excusissent.
Igitur nuncij, legatis per omnes pro-
vincias laureati dimittebant. Dumq;
ad hunc modum tanta Romanū Po-
lætitia tenebat, interea Maximus Ra-
uenna profectus, Aquileiam peruenit
transmissis plaudibus, in quas fluuis
Eridanus, ac uicina exundant stagna,
sic ut per ora septē in mare præcipi-
tentur. Itaq; indigenæ patria lingua palau-
dem illam, septem maria appellant. Sta-
tim igitur Aquileienses Maximū refe-
ratis portis excepero, nullaq; nō Italizæ
ciuitates legatos mittebant príncipes
uiros candidatos, ac laureatos, & deo-
rum pattiiorum simulacra, aureasq; co-
ronas, si quæ in donarijs fuerant com-
portantes, qui fausta omnia Maximo
acclamarent, & frondibus eū consper-
gerēt. Quin exercitus etiā q; Aquileiæ
circumsederat, pacato habitu pdibat
laureatus, nō tā uero cōcordiq; affectu
uniuersorū, q; sicta beneuolēta, et ho-
nore

nore temporario, ad præsentē fortunā
principis accōmodato. Plerisq; tamen
indignantibus, ac dolētibus clanculū,
quem ipsi elegerant cecidisse, rerū po-
uri quē senatus creauerat. Enim uero
Maximus uno, alteroq; die sacrificijs
absumpto, tertio dein exercitū omnē
in plāniciem conuocauit, atq; ex tribu-
nali ad hunc modum uerba fecit.

QUAM fuerit ex usū nobis pœni-
tentia, & reconciliata cum Ro-
manis gratia, re ipsa diadicisti pacē ui-
delicet pro bello agitantes, seruato etiā
militari iureiurādo, qd' est unū Roma-
ni principatus mysteriū sanctissimum.
Quare debetis etiā deinceps huiusc e-
modi cōmodis frui, fidem populo ser-
uantes, senatuq; Ro. & nobis impera-
toribus, quos à nobilitate, & rebus ge-
stis, longa que serie generis, quasi per
gradus quosdam prouectos, pari iu-
dicio. S. P. Q. R. elegerunt. Neque
enim unius tantum hominis peculia-
ris possessio principatus est, sed com-
munis antiquitus totius Romani Po-
Siquidem

res illas acclamaciones haud & quis au-
ribus accipiebat, ipsamq; illam nobili-
tatem grauabatur indigne ferentes, da-
tos sibi à senatu principes. Angebant
præterea eos Germani, quos in urbe
secum Maximus retinuerat. Nam fu-
turos vindices sperabat, siquid ipsi ma-
ius ausi forent, & iamq; insidias suspe-
ctabant, ne forte ab illis per fraudem ex-
armaretur, memores Seueri principis,
qui etiam Pertinacis interfectores ex-
autorauerat. Cum itaq; ludi Capitoli-
ni celebrarent, deditis festo, ac specta-
culis omnium mentibus repente diili-
mulatori diu sensum milites indicarunt.
Namq; ita instincti, ac uelano quodā
motu unanimiter ad regiam concur-
rentes senes principes ad necem depo-
scebant. Forte accidit, ut ne ipsi quidē
inter se satis congruerent. Sed (ut est re-
gnandi inexhausta auiditas, atq; incō-
municabilis natura potestatis) uterq;
ad se summam imperij trahebat. Ete n
Albino claritudo natalium, atq; iterū
gestus consulatus, Maximo autē præ-
fectura

fectura urbi , & quod rerū peritus ha-
bebatur, animos faciebant, utruncq; ta-
men patritia nobilitas, & quantum fa-
tis esset, illustre genus, ad summum im-
perium stimulabat. Quæ res in primis
ambos perdidit. Nā auditio Maximus
venisse ad se occidendum milites , qui
prætoriani appellātur, accersere statim
Germanos auxiliares statuerat, qui sci-
licet in urbe ipsa erant , ac posse resiste-
re prætorianis videbātur . At Albinus
dolum contra se, compositamq; aliquā
suspectans fraudem, quod studere Ma-
ximo Germanos cognoverat, prohi-
buit acciri illos , negans ad prohiben-
dos, repellendosq; prætorianos conuo-
cari, sed id agi , ut summa rerum solus
Maximus potiatur . Ac dum inter se
ad hunc modū disceptāt, ecce ibi una-
nimiter milites impetu in aulam facto,
turbatis ianuarum custodibus , senem
corriplunt utruncq; , laceratisq; uestib.
quas gerebant, uilioribus sanè, utpote
domi se continentium, nudos ipsos ex
aula abstrahunt, ac per omnem igno-
miniam,



miniam, contumeliamq; cedentes, irri-
dentesq; senatorios imperatores, bar-
bamq; & supercilia uellentes, neq; ulli
parceret, corporis totius ludibrio, per
mediam urbem ad castra deducebant,
ne occidere quidem illos in regia de-
creti, sed lento mortis genere prius ex-
carnificare, quo doarem diutius per-
petrentur. Sed ubi Germanos redein-
de cognita, raptis armis in auxiliū con-
currere nunciatum prætorianis est, sta-
tim illos nullo non ludibrio prius affe-
ctos contrucidant, relictisq; in ipsa uia
cadaueribus, tollentes in altum mani-
bus Gordianū Cæsarem, quādo aliud
nihil occurrit, Imperatorem consaluta-
bant. Identidem ad populum vocife-
rantes, iacere ipsorum manu, quos po-
bus ab initio feceruerat, electumq;
item, quē

causa properauerant, cum nollent irrum bellum pro uiris uita defunctis subscipere, in sua diuersoria reuertuntur. Hunc finem uitæ habuerunt, indignū uidelicet ac nefarium sancti, & uenerabiles senes, claritudine generis, atque egregijs meritis, ad imperij fastigium prouecti. Cæterum Gordianus cum annorum esset fermè tredecim, princeps ab uniuersis declaratus, Romanū suscepit imperium.



HERODIANI LIBRI OCTAVI
& ultimi finis,